Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Abr 148 11º

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca


Universidad Carlos III de Madrid - Biblioteca

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

J70(1) { T. 143727
C. 1205061

J70 (2) { T 143728
C. 1205062

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

170

CONSILIORVM
Seu Responsorum
ALEXANDRI TARTAGNI
IMOLENSIS I. C. CELEBERRIMI
Liber Sextus.

HABES HIS TYPIS OMNIVM POSTREMIS PRAETER accuratam emendationem, Adnotationes repurgatas, & expunctas, quæ nouis opinionibus & hæreticis, Orthodoxam Ecclesiam lædebant.

DVO INSVPER HABES ALEXANDRI RESPONSA RESTITVTA, Vnum, quod est xxxiij. Lib. iiij. multis ab hinc annis prætermissum: Alterum verò est in vij. Libri calce, quod inter Consilia Laurentij Calcanei impressum reperitur.

Item Alexandri vitam per Nicolaum Antonium Grauatium I. C. editam.

Insunt etiam Additamenta doctissima Præstantissimorum I. C. MARCI ANTONII NATTAE ASTENSIS, ac HIERONYMI ZANCHI BERGOMENSIS, summo studio congesta, & iam rursum summa diligentia reuisa atque emendata.

Quibus nuperrime in hac nostra editione, præter multa summaria, quæ in alijs non reperiuntur impressionibus infinitisque erroribus, quibus cęteræ scatebant, expurgatis, addita sunt ad finem vniuscuiusque consilij SCHOLIA CELEBERRIMI I. C. MARCI ANTONII EX COMITIBVS ROVESCALÆ PAPIENSIS, quę quidem ad faciliorem ipsorum consiliorum dilucidationem, & ad vberiorem intelligentiam, locorumq; notabilium cognitionem maximè conferunt.

CVM PRIVILEGIIS.



R. 2860

M. D. LXXXX.

Venetijs, Apud Felicem Valgrisium.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

LIBER SEXTVS CONSILIORVM

CLARISSIMI OMNIVM,

& doctiſsimi I. C. D. Alexandri Tartagni Imolenſis;

RECENTER AB INFINITIS prope mendis exactiſsimè repurgatorum:

CVM ADNOTATIONIBVS ANALYTICIS QVAMPLVRIVM Iuriſconſultorum, & præſertim Marci Antonij Nattæ; nunc inſertis etiam Scholijs Marci Antonij ex comitibus Roueſcalæ Iuriſc. Pap. in iuris ſtudentium vtilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia præſumitur probata læſione vltra dimidiam.*
2 *Renunciatio generalis non ſufficit contra l. 2. C. de reſcin. vendit. & num. 6. & 9.*
3 *Ruſticus debet de beneficio legis certificari, nu. 4. 5. & 7.*
11 *Simplicitas potius, quam liberalitas in ruſtico præſumitur.*

CONSILIVM I.

a OMNI Redemptoris Noſtri innocato ſuffragio. Ponderatis a his, quæ in themate narrantur, & viſis allegationibus in ſententia inſertis, mihi videtur de iure probabilius, & æquius pronunciari bene appellatum, & malè iudicatum, & dictis ruſticis competere remedium d. l. 2. C. de reſcin. vendit. maximè ex infraſcriptis. Primo, quia præſupponitur eſſe probatum legitimè, ſaltem in cauſa appellationis, quòd res vendita per dictos ruſticos pro ducatis. 136. valebat tempore contractus communi æſtimatione ducatos b 400. & vltra. Secundò præſuppono, b quòd in dubio 1 † probata læſione vltra dimidiam iuſti pretij præſumitur, quòd venditor ignoraverit iuſtum pretium, vt eſt gloſ. no. & Ioan. Andr. in titu. de empt. & venditio. §. ſciendum eſt, & §. reſtat. verſi. quid ſi aliquis ſcienter. & Nicol. de Mata. & Bald. in d. l. 2. in 6. q. & Angel. & Ioan. de Imo. in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obli. & Io. de Imo. in c. penul. de emp. & vend. & in commento. cap. cum contingat, de iureiu. facit ratio. l. cum indebito. in prin. ff. de proba. & cap. ſuper hoc, de renun. Ex his duobus redditur fundata intentio dictorum ruſticorum agentium.

2 Solum † reſtat videre, an intelligatur renunciatum per illa verba poſita in inſtrumento, quæ dicuntur ſolita apponi in ſimilibus inſtrumentis, ſcilicet, & promiſit dictus venditor dicto emptori de & ſuper dictis bonis venditis litem aliquam & quæſtionem vllo tempore non inferre, vel inferenti conſentire aliqua ratione, vel cauſa, ſed dicta bona vendita in proprietate, & poſſeſſione defendere, & guarentare ab omni perſona & vniuerſitate, & ab omnibus, & contra omnes & ſibi vacuam poſſeſſionem tradere, & in ea potiorem facere, & omnem litem, quæ moueretur dicto emptori, ſuſcipere: & ſimiliter per alia verba, quæ ſubijciuntur, ſcilicet, & præſentem contractum, & omnia & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta ſemper firma, grata, & rata habere, & tenere, perpetuoque attendere, & obſeruare, & in aliquo vnquam non contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel cauſa, de iure, vel de facto, ſub pœna reſectionis dupli, & meliorationum omnium: & per alia verba poſita in fine inſtrumenti, ſcilicet quibus omnibus, & ſingulis, ac exceptioni dicti mali, in factū actioni, condictioni ſine cauſa, ſeu non vera, iuſta, & non legitima cauſa, omnique fictioni, ſimulationi, deceptioni, læſioni, & fraudi, & exceptioni non ſic facti, & ſtipulati contractus, & omni remedio appellationis, & nullitatis renunciauit. Et mihi videtur, quòd per hæc verba non intelligantur dicti ruſtici legitimè renunciaſſe, adeò quòd excludan-
3 tur a remedio dictæ l. ſecundæ, quia † ad hoc vt ruſticus c
c qui opere & conuerſatione eſt ruſticus per renunciationem excludatur à beneficio dictæ l. ſecundæ, requiritur, quòd
d fuerit certioratus d de dicto beneficio, vt ſignanter concludit Bald. in d. l. 2. in 3. q. arg. d. l. cum de indebito. §. 1. & cum illa deciſione Bal. tranſit etiam Io. de Imo. in d. c. pen. de emptio. & venditio. licèt Salyc. in d. l. 2. in 7. q. C. de reſcin. ven-
e dit. teneat contra Bald. e in caſu quo appareret ruſticum habuiſſe veram ſcientiam iuſti pretij; eo quia tunc ſatis apparere videtur, quòd voluerit remittere illud plus, quod valebat, & quia in ſciente non cadit error; tamen quod ad cæſum noſtrum opin. Sal. nullum facit obſtaculum, quia nos ſumus in caſu, in quo non apparet, quòd ruſtici vendentes ſcierint, immo præſumitur ignoraſſe, vt dictum eſt. non mirum ergo ſi requiritur certioratio dicti beneficij. bene facit, qđ not. glo. & Doct. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. & in l. ſin §. ſi. in gloſ. penul. ff. ad Velle. & gloſ. in auth. quomodo opor. epiſcopos, §. igitur ordinandus, & Io. And. in cap. ſi diligenti, de foro compet. & d. cap. penul. & in additione Specul. in titu. de renuncia. & concl. §. 1. in additione incipiente, quomodo huic dicto, &c. Bart. in l. in repudianda. per illum tex.
4 ff. de acquir. hæred. Accedit † illud, quod notabiliter voluit Hoſtien. in ſum. in titu. de fideiuſſ. §. mulier. verſi. Idem eſt, & Arch. & Io. And. in cap. quamuis, de pact. in 6. vbi dicunt, quòd omnia iura, quæ dicunt, quem poſſe renunciare iu-
f ribus inductis in fauorem ſuum, debent intelligi f ſi talis renuncians fuit de hoc certificatus, allegant in argumentum id, quod habetur in dicto §. igitur ordinandus & 38. diſtin. placuit, & ita etiam dicit Nicola. de Neapol. in d. l. in repudianda. per illum textum, ſed de vlla certioratione dicti beneficij facta dictis ruſticis non apparet, ergo etiam
5 ſi diceretur renunciationem eſſe factam, non valeret. † ſaltem in muliere, & in ruſtico, in quibus eſt præſumpta iuris ignorantia, vt per gl. not. in authen. de inceſtis nuptijs. in princ. in verbo ſc ens, & ibi Ang. & gloſ. in l. pater, in princ. ff. de doli exceptio. & Bald. in l. 2. C. de fideicommiſſis, & Franc. Trgn. in l. venia, C. de in ius vocan. & Ioan. de Imo. in dicto cap. penul. Et hæc ſaltem procedunt, quando nullum interuenit iuramentum, vt præſupponitur non interue-
6 niſſe in propoſito. Poſſent † etiam g prædicta cõfirmari, eo
g quòd ad hoc vt per renunciationem tollatur cum effectu remedium dictæ l. 2. oportet renunciationem non eſſe generalem, vt no. concludit Nico. de Mata. & Bald. in d. l. 2. in 5. q. & Io. de Imo. in d. cap. cum contingat, in tertio membro. & in d. cap. pen. vbi hoc dicit eſſe menti tenendum: quia non
h ſufficit generalis h renunciatio, vbi alicui ratione ignorantiæ prouidetur. l. ff. ſiquis in ius voca. non ierit. l. cum Aquiliana. ff. de tranſactio. ita etiam eſt de mente Barto. in d. l. ſi

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

quis cum aliter.in fi.ubi dixit,ꝙ licèt possit renunciari remedio illius legis, quod habet similitudinem cum remedio d. l.2.tamen non putat,ꝙ sufficiat simpliciter renunciare exceptioni doli ad hoc, vt excludatur ab illa exceptione doli; de qua loquitur d.l.si quis cum aliter,nisi exprimatur de illa lege,vel quod tantundem importet, quia illud renunciare est donare.l.si quis delegauerit. ff. de noua.vnde talis renunciatio,& donatio ad modica refertur, nisi aliud exprimatur,ar. l.si libertus.ff de ope.lib.& hæc adiectio.ff. de verb. sign.& per no. in l.si de meis.§.recepisse. ff. de arbi. & ita etiam vult Ant.de But.in c.Quintauallis.de iureiu.in septimo casu. Et posset hoc pluribus alijs similibus comprobari. verum quia dictæ decisiones,& authoritates sunt propriè in terminis nostris, & ab alijs non impugnantur, non puto expedire vlterius quoad hoc insistere. Nec obst.si diceretur, quòd videtur prædictam renunciationem esse specialem, saltem, quia facta est mentio de læsione, & deceptione, & sic saltem in genere cogitauit de ista deceptione,vel læsione, arg.l qui iure militari.ff.de testam.mil.& eorum quæ no. Doct. in l.sub prætextu specierum. C. de transa. dato quòd non fuerit singularis renunciatio facta remedio.d.l. 2. aliud est enim generalis,& aliud specialis,& aliud singularis renunciatio, vt per Bar.in l.1.in fi.ff.si quis in ius voc.non ier. & in l.fi.C.si cõtra ius vel vti.pub.& in l.1.in prin.ff.de vulg.& pup.& in l.si quis.in prin.testamenti.cum sim.ff.de leg.2.per ea quę legũtur,& no.in l.fi.C.quod cum eo.& in l. quod in rerum. §.fi.
7 ff.de leg.1.Quia † respondeo primò, quòd quando facta est à rustico, qui præsumitur ignorare, requiritur certioratio, quæ facta non fuit,vt declaratum est supra. Secundò respondeo,quòd Bal.& Doct. in d. l.2.in 5.q.cum concordantijs, non dicunt,quòd non requiratur singularis renunciatio,sed dicunt,quòd non sufficit generalis renunciatio, quando alicui ratione ignorantiæ succurritur.requiritur ergo,ꝙ taliter renuncietur, quòd appareat ignorantiam non impediuisse mentem renunciantis quoad effectum,de quo quæritur.Præterea Bar.in d.l.si quis cum aliter, in fim.ostendit,ꝙ non sufficit facere mentionem exceptionis doli in renunciatione, ad hoc vt dicatur renunciatum exceptioni doli,per quã aliàs resultaret magna læsio, esset renuncianti consultum aduersus ipsam magnã læsionem, & tamen dolus re ipsa est aptus comprehendere læsionem magnam, non solum modicam. d.l.si quis cum aliter.cum ibi notatis. oportuisset ergo ꝙ sal.
8 tem de enormi læsione fuisset facta mentio: nam † plerunq; etiam maioribus ex clausula generali, si qua mihi iusta causa,succurritur aduersus læsionem,quæ etiam esset infra dimidiam iusti pretij,vt patet ex l.1.in fi. & l. sed & si per prætorem. §.hæc autem clausula.ff.quib.ex cau.maio.& de tali læsione non enormi, & non magna potuissent intelligi verba instrumenti.Confirmo prædicta per ea quæ no. Ant.de But. in c.Quintauallis,in septimo casu,de iureiu.vbi dixit,ꝙ dicitur esse generalis remissio,qñ non cõtinet specificè,vel equipollenter promissionem de non contraueniendo pp enor-
9 mem læsionem, aut enormissimam.† Responderi etiam potest aliter per ea,quæ voluit no.Bar.Bal.Ang.& Sal.in l.fin.§. idem quæsiuit.ff.de cond.inde.vbi per illum tex. dicit,ꝙ qñ quis per errorem promittit,vel per errorem soluit indebitũ, & in contractu est apposita hæc clausula, ſ.ꝙ dictus soluens, vel promittens renunciauit condictioni indebiti, & sine causa,actioni in factum,& omni auxilio, nõ excludetur per hoc à remedio condictionis indebiti;quia idem error,qui fuit in principali solutione,vel promissione, fuit etiam in dicta renunciatione,& sicut indebitè promisit, vel soluit per errorẽ, ita indebitè renunciauit.facit l.doli.ver.diuersum.ff.de noua tio.vnde consuluit, ꝙ in instrumento apponantur hæc uerba,talis sciens se non teneri,promisit seu solnit, &c. Ita ergo in proposito,cum d.rustici præsumpto errore & ignorantia vendiderint rem minus dimidia iusti pretii, eodem errore videntur inducti ad renunciandum, ideo talis renunciatio non valet,& istud expresè vult Io. de Imo. in d. c. cum contingat.in 3.membro,& in d.c.pen.quando in renunciatione non interuenit iuramentum, & per hæc apparet multifariam responsum ad ea,quæ effectualiter in d.allegationibus in cõ-
10 trarium factis continentur. † Nec etiam obstat, si diceretur, quòd d.rustici habebãt,seu habere præsumebantur sciẽtiam veram communis æstimationis dictarum rerum,eò quòd dictas terras laborabant,& notos habebant earum redditus,& non habebant diffusum patrimonium, per ea quæ traduntur per Bal.in d.l.2.in 6.q.quia respondeo. Primò,ꝙ si attendimus opinionem & doctrinam Bal.ipse intelligit, ꝙ quamuis ille,qui non est rusticus,si vendat scienter rem minus dimidia iusti pretii,non habeat remedium.d.l. 2.ar.l.quæritur.§.si venditor.ff.de act.emp.& l. 1.in fi.ff.de act.emp.& l.domum ff.de contrah.emp.cum sim.tamen aliud est in rustico,vt retuli sup.& cum eo transit simpliciter Io.de Imo. in d. c. pen. Secundò respondeo,ꝙ non præsupponitur mihi constare de dictis coniecturis,per quas præsumantur habuisse scientiam valoris rei,& non est in dubio præsumẽdum,ꝙ rusticus rem valentem ducatos 400. & vltra. voluisset irreuocabiliter vendere,& alienare pro ducatis 136.d.l.cum de indebito. Et si
11 dicatur,ꝙ iudex † debet de dictis coniecturis tanquam notorijs se informare,per no.per gl.in l.1.C.qui & aduer.quos. & in l.3.§.eiusdem.in gl.in verbo,fama confirmat.ff.de testi. & per no.per gl.in c.cum in tua.de spon.quia respondeo, ꝙ non præsupponuntur esse notoria, & iudici ex aliqua informatione,vel probatione constitisse de huiusmodi coniecturis, & quando allegatur notorium facti transeuntis alicuius
i contrarię,& negatur,oportet,ꝙ probetur esse notorium, vt no.gl,Cy.& Bal.in l.ea quidem.C.de accu.& Spec. in tit.de no.cri.§.1.ver.sed qualiter sciet iudex.& Bal. in auth. qui semel C.quomodo,& quando iud.& Doc.in c. vestra. de cohab.cler.& mulie.nec contrarium dicitur in locis in contra-
12 rium allegatis. Non obst. † etiam si dicatur ꝙ in quantum Bal.in d.l.2.in 3.q.excusat rusticum scienter vendentem,nisi fuerit certioratus de beneficio d.l.2.& hoc dixit verum,quãdo propter rusticitatem apparet,ꝙ potius ex facilitate,quàm ex liberalitate hoc fecit, quod iudicis arbitrio committitur, secundum eum, quia respondeo primò,ꝙ Bal.loquitur in rustico scienter vendente,nos autem in eo,qui præsumitur ignorasse,quo casu sine dubio requirebatur certioratio beneficii, & iuris sibi cõpetentis,vt suprà probaui. Præterea iudex potius in rustico debuit præsumere simplicitatem, quàm liberalitatẽ in tanto excessu,per rõnem d.l.cũ de indebito.& per no.per Cy.in l.si certis annis.in 5.q. C. de pact. Ex quibus concludo,vt dixi,dictum remedium. d.l.2. præfatis rusticis cõpetere, & eis esse consulũ aduersus tã grauem iacturam, quam bonus vir ferre non debet, vt in iuribus vulgaribus.

ADDITIONES.

a Ponderatis.] Adde Alex.consi.125.lib.1.

b Secundò præsupponо.] Sequitur Crauetta in consi.192.colum. quarta, nume.5.versi.Rursus.vbi citat dominum Alexan.in consil.127 circa finem lib 2.

c ¶Rusticus.Panthal.de Cre.rep.d.l.2.fal.5.

d Requiritur quòd fuerit certioratus.] Sic etiam quòd remedium d. l.2. non habeat locum in sciente sed ignorante tamen firmat Paris consil. 128.num.36.lib primo,& amplius ibi num.37.& Socin.consi.48 num. 8 volum 4.declarat non habere locum quando quis venderet, & in instrumento apponi faceret illa verba,& quod plus valet,etiam in magna quantitate, vel vltra dimidiam iusti pretij, dedit & donauit dicto emptori,quia tunc tollitur remedium d. l.2.

e Contra Bal.] Contra Bal.videtur etiam tenere Imola, quem refert & sequitur Alex consi.42. col.pen lib.1.Sed Bal.sequitur Aird.Sicu. consi.55. colum.fin lib 2 Marcus Ant. Nat.

f Debent intelligi.] Errans, & ignorans nunquam amittit ius ex repudiatione præsumpta, casus est in l.legitimum. ff. de petit. hæred. & ponit eleganter Barto.ad l. Clodius.finde acquir.hæred.ac reputat no.Aret. ad l.qui Romæ.§.duo fratres.car.pen.ff de verb. obli. Et de d.Bar.o.ad l. Clodius mentionem facit Alex. consi. 13. infra cod. volum. colum. fin. Amplia,idem iuris esse in eo,qui dubitat,vt per Iaf.consi.107. colum 4. lib 4.ubi col. vlt.extendit ad ratificantem, vt error non noceat, & vide Dec.consi.530. dub.4. M. Ant. Natta.

g Possent etiam.] Ad hanc conclusionem, Alex. idem accedat consil. 42. super præmisso themate col.2 ver.quartò.lib 2.Tiraq in præfat. l.si vnquam nu.127 ver.ut iam C.de reuo. dona. ubi latè versatur, post Alexandrum consi. 133. super quæstis. colum 3 ver.& eo fortius.& versi. ad hoc etiam lib 5.Dec in l.in testamentis.ff.de reg.iur.

h ¶Generalis.Panthu.d.l.2.ampliat 7. ide inf eo.consi.105.

i Quod probetur.] Idem tradit Alex.consi 117 colum 2 lib.4.& pulchrè scribit Aret. consil. 165. colum. 5 cum seq. Et quia multa dicuntur esse notoria,quæ non sunt,ideo requiritur sententia declaratoria, Dec.consil. 402.dub 3.& ad c.consuluit.de appel.& consi.483 circa fi. Et de notorio crimine scribit consi.544.col.2 & ibidem col 4. De probatione notorij latè Iaf.ad l.si vero § qui probatio.ff. qui satisd. cog. Nat.

EPITOME.

STATVTVM est Cremonæ, quòd nullus possit esse aduocatus,vel procurator, nec actor ad lites, qui non sit de collegio iudicum, vel notariorum Cremonæ,in aliqua causa ciuili,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

si ciuili, vel criminali, & qui contrafecerit, puniatur in libris decem Imperialium, & nihilominus processus facti per eos, vel in eorum fauorem non valeant, & nullius sint momenti, & ex forma statutorum ipsorum limitatum est salarium ipsis aduocatis, & procuratoribus. quæritur, an acquisitum per filiumfam. procuratorem notarium de collegio in officio tam notariatus, quàm procurationis sit quasi castrense. Respon. Alex. quòd sic, & malè.

CONSILIVM II.

1 **In consul.** premissa videretur fortasse prima consideratione dicendum, † acquisita per d. filiumfa. procuratorē, vel notarium, & de collegio notariorū, tā ex officio notariatus, q̄ procurationis per ipsum publicè factæ in palatio non sit quasi castrense peculiu; quia, vt hr̄ in l. fi. C. de inof. test. peculiū castrense est illud, q̄d acquiruntmilites rōne militiæ, quasi castrēse, a est illud, q̄d acquirunt alij, qui ex aliqua administratione consequuntur stipendia publica, reliqui verò filijfam. aliunde acquirentes dr̄ habere peculiū paganicum. cū ergo non p̄supponat, q̄ ille, de quo quærit, acquisiuerit ex stipendijs de publico sibi deputatis, sequitur, q̄ dēt dici paganicū. Accedit, q̄d no. Bald. in l. fori. C. de ad. diuer. iud. vbi inquit, q̄ † illud, q̄d acquirunt 2 procuratores b à cliētulis suis, non dēt iudicari peculiū quasi castrense, quia procurationis officium est vilissimū, c & non publicum, sed priuatū, vt in §. fi. inst. de exce. & sic dēt idem esse, q̄d est in eo, q̄d acquirunt filijfam. negotiatores. Idem ēt no. Bal. in l. cū oportet. C. de bo. quæ lib. in prin. & ibi dicit, q̄ non solùm illud, q̄d acquirunt filijfa. procuratores dr̄ peculium paganicum, & non quasi castrense, sed ēt illud, q̄d acquirūt notarij aliunde, q̄ ex bursa fiscali: quia est officium vile, allegat id, q̄d legitur & no. in l. si quis procuratores. C. de decur. lib. 10. & ideo talia salaria non differunt à mercantijs, & alia re familiari, q̄d dicit esse notandū. ita ēt vr̄ esse de mente Spe. in † tit. de acto. §. 1. ver. item cum agit. cū seq. vbi 3 voluit, q̄ ēt illud, quod lucrantur moderni aduocati, non est quasi castrense peculium, non. n. ad hoc ob. d. l. fori. & d. l. fi. C. de inoffi. testam. quia ibi loquitur in eo, quod de publico percipiebatur ab aduocatis in matricula descriptis. Sed † præ 4 missis non obst. contrarium in proposito vr̄ de iure verius, nam, vt determinat gl. no. in d. l. fori, quam ibi sequitur Cy. Ray. Bal. & cōiter alij. illud quod hodie aduocati lucrantur, & percipiunt à clientulis, reputatur quasi castrense, quia succedit loco illius publici salarij, quod olim percipiebant aduocati de publico, ideo sapere dēt eandem naturam. l. si eum §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. pro hoc ēt adducitur id, quod habetur in l. velut. C. de offi. assesso. vbi illud quod lucrantur assessores pro eorum consilijs dicitur quasi castrense, quamuis illud non percipiant de publico, & ita ēt in aduocatis tenet Io. And. in addi. Spec. in d. tit. de actore. §. 1. in addi. incip. hoc tenuit, &c. & vltra prælegatas rationes allegat: quia videmus, q̄ illud, quod acquirunt milites ex militia, ēt si aliunde obueniat, quam de publico, dr̄ castrense. l. si forte. ff. de cast. pec. l. 1. & l. cum allegas: C. de castren. pec. mil. lib. 12. ergo idem esse dēt in eo, quod ex exercitio aduocationis acquirit aduocatus, licet illud de publico nō percipiat. Ita ēt per plures rōnes concludit Guli. de Cun. in l. cum lege. C. de episco. & cler. & probatur ēt in l. fi. & ibi Bar. C. de silen 5 tia. lib. † 12. & Ang. in d. l. cum oportet, in fine principij, vbi idem dicit, in eo, quod lucratur medicus, & aduocatus a priuatis personis, & probari videtur per d. l. fori, quę in distinctè dicit, q̄ quicquid occasione aduocationis acquirunt aduocati quorumcunque iudiciorum, cedit in causam quasi castrensis peculij, & tamen reperitur, q̄ de publico haberent salarium, nisi aduocati fiscales, iuxta. l. pentiones. & l. restituendæ. C. de aduo. diuer. iudi. sed accipiebant à clientulis, & honoraria appellabatur. l. fi sub specie. C. de postula. & l. 1. §. in honorarijs, & §. seq. ff. de varijs, & extraordi. cognit. Modò 6 † sic, patroni causarum, idest procuratores. b Item rabelliones, quantum ad peculium quasi castrense æquiparantur aduocatis, vt in prælegata l. fi. C. de inoffic. testa. in verbo patroni causarum, & in verbo memorialibus cum gl. quia omnes prædicti dicebantur habere peculium quasi castrense, & licet ibi tex. loquatur in eo, quod percipiebatur de publico, tamen sicut dicimus, q̄ illud, quod hodie moderni aduocati habent à clientulis, cedit in peculium quasi castrense: eo quia tale lucrum succedit loco eius, quod olim percipiebant aduocati de publico, ita esse debet in eo, quod percipiunt patroni causarum, & notarij, cum subrogetur loco eius, quod olim percipiebatur de publico. Et propterea Io. And. in addit. reprehendit opi. Spec. qui aliter tenebat, & sequitur opi. gl. in d. l. fori. Ita etiam videtur velle Iac. But. Bal. & Sal. in d. l. fi. C. de inoffi. testa. ubi approbant opi. positam per gl. in d. l. fori. Ita etiam est de mente Nico. de Mata. in l. si donatione. vt ibi refert Bal. C. de colla. Hoc expressius in terminis firmant Odof. & Cy. in d. l. fi. de inoffic. testa. vbi dicunt, quòd nedum in aduocatis, sed etiam in omnibus alijs personis ibi in tex. enumeratis est dicendum, q̄ illud quod ipsi hodie acquirunt aliunde, quàm de publico, cedit in causam quasi castrensis peculii: quia subrogatur loco publici salarii, quod olim percipiebant: cùm ergo ibi enumerentur in tex. patroni causarum, & notarij, vt ibi in verbo memorialibus, cum gl. ergo ex hoc apparet clarè decisio pro ista parte. Fortificantur prædicta per ea, quæ no. Bal. in d. l. fori, vbi expressè voluit, q̄ illud, quod acquirunt notarij, dicatur quasi castrense peculium, cum gerant publicum officium authoritate, & vtilitate: & idem dicit in aduocatis, qui recepti sunt in matricula aduocatorum, & approbati: quia dicuntur gerere publicum officium, & in eo reputantur patres fa. quia quantum ad publicum officium pertinet, non curatur patria potestas. l. nam quod in prin. ff. ad Treb. l. filiusfam. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. cum igitur ita sit, q̄ ex forma statutorum nemo possit esset procurator, qui in non sit de collegio notariorum, vel iudicum, apparet q̄ d. filiusfam. notarius non poterat exercere dictum officium procurationis, nisi sub prætextu notariatus, & sic officii publici. iux. l. non aliter. ff. de adop. & l. generali. & ibi notata. C. de tab. lib. 10. meritò debet appellari quasi castrense peculium illud, quod inde quæsitum est secundum doctrinam Bal. in d. l. fori. cui etiam adhæret Io. de Platea in d. l. fi. C. filen. lib. 12. vbi dicit, q̄ id quod acquirūt à priuatis personis aduocati, & notarij rōne sui officij dicitur castrense, per illam l. iuncta d. l. fi. C. de inoffic. testa. & ita 7 etiam Pau. de Cast. in l. fi. C. qui testa. fac. pos. Accedit, † quod no. Io. de Imo. in rub. de pec. cleri. dum dicit, quòd acquisitum ex scientia, vel officio publico dicitur quasi castrense peculium allegat d. l. fi. C. de inoffi. testam. Et per hæc apparet responsum ad allegata in contrarium, & primò ad d. l. fin. de inoffi. testa. in quantum ibi videtur ponderari, q̄ sit acquisitum de publico, dicendum est, q̄ ut ibi etiam inquit Salyc: illud ibi non denotat iuris ministerium, nam, vt dixi supra, ēt illud quod acquirit assessor, vel aduocatus, vel miles aliūde, quā de publico, nihilominus, dicitur Castrēse, vel quasi dum modò ratione militiæ, vel aduocationis fuerit acquisitum. d. l. si forte & d. l. velut cum alijs sup. ad hoc allegatis. Non ob. id, quod no. Bal. in d. l. fori. dum dicit, quod acquisitū à procuratore non est quasi Castrense: quia dico, quòd in hoc melius loquitur Odof. & Cy. in prælegata l. fi. in fi. C. de inof. testa. per illam l. in verbò, patroni, attento, q̄ illud, quod ibi dicitur de acquisitione facta ex publico, non restringit, ut ibi dicit Sali. & etiam alij ibidem: & supra probaui. Præterea in proposito nostro non poterat d. procurator officium procurationis exercere, nisi tanquam notarius, & publica persona ex dispositione d. statuti, quo casu ipsemet Bal. in d. l. fori, fatetur illud esse peculium quasi Castrense. Et per hoc etiam patet, quòd Bal. in d. l. cum oportet in quantum dicit de notarijs: non tamen loquitur contra d. l. fi. de inof. test. in verbò memorialib. cum gl. & ipsemet Bal. in d. l. fi. & in d. l. fori, tenuit contrarium eius, quod ipsemet dixit in prælleg. l. cùm 8 oportet, & rectius. Non ob. † id, quod notat Spec. in d. tit. de actore, quia eius sententia damnatur ibi per Io. And. et etiam per gl. et omnes in d. l. fori et per Gul. de Cun. in d. l. cum lege. et communiter per alios quos supra retuli, et à communi opinione in iudicando non est recedendum, ut tradunt in locis vulgatibus. Ex quibus concludo, dictum peculium esse censendum quasi Castrense.

ADDITIONES.

a Quasi Castrense. ¶ Vide q̄ scripta reliquit Iason ad rubr. C. de procur. Nat.

b ¶ Procuratores. Imo hi non sunt aduocati, vt melius ait Alex. inf. cod. cons. 109. in fi. nec quod acquirunt cedit in quasi castrense nisi sit procurator fiscalis, idem dico de notario, nisi sit notarius principis, vel actorum, & sic Alex. hic malè constituit. non ob. l. fi. C. de inoffic. testa. ibi, memorialibus, quia loquitur de actuarijs.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

e Villissimum.] Quis effectus resultet quòd procuratoris officium sit vilissimum ponit Andreas Gail lib. 1. pract. obser. cap. 43. incip. aduocatus, & Ang. Aret. Inst. de exceptionibus. §. fin. & deseruiunt scripta per Menochium in fertili tractatu suo, de arbitr. iudicum. lib. 2. cent. 4. casu. 369

CONSILIVM III.

Lege supra lib. 2. consi. 54. quod hic duplabatur.

SVMMARIVM.

1 *Absens vbi damnari potest, quilibet vt defensor debet admitti ad ostendendum innocentiam.*
4 *Fama cum adminiculis probat, vbi difficilis est probatio.*
6 *Dicenti se vidisse de nocte à longe, non creditur.*
7 *Testes præsumuntur contestes.*
8 *Amicitia quæ testem repellat.*
10 *Frater ad defensionem fratris testificari potest.*

CONSILIVM IIII.

a Viso processu a inquisitionis formatæ contra, & aduersus Antonium Tuscum, Lambertinum de Labertinis, Baptistam Mergotum, Io. Mergotum, Ant. Mergotum, Baldinū Zanotum de Lugo, per Mag. & generosum equitē Clariss. Doctorem, & Comitem D. Ant. de Guidonibus dignissimum Commissarium in partibus Romandiolæ pro D. Duce Ferrariæ, &c. pro homicidio, vt dicebatur, cōmisso per eos in personam Rondini de Rondinellis de Lugo, visaq; comparitione facta per D. Bapt. de Bonzagnis tanquam vnū de populo, & vt defensorē, & excusatorē dictorū inquisitorū, qui ad probandā eorum innocentiā produxit capitula, & fecit examinari septē testes, prout in actis mihi exhibitis apparet. Videndum est, q̄ sint partes dicti cōmissarij, & oportet prius discutere, an d. Baptista potuerit cōparere, ut cōparuit, & debuerit admitti, & posito, ꝙ sic, erit secundo videndū, an sit probatū ltimè de innocentia inquisitorū, adeò
1 ꝙ debeat pronunciari, eos non fuisse culpabiles. Circa† primum dico, eū admittendū fuisse, quia cū ex forma statutorū, & consuetudinū totius Italiæ possit de crimine capitali procedi contra absentē in contumaciā, pōt in tali casu cōparere pro absente quis tanquā instructor causæ, seu tanquā defen-
b sor, b ad ostendendū innocentiā, per tex. in l. seruum quoq;. §. publicè. ff. de procu. ac ēt, quia vbicunq; iudex processurus est cōtra absentem in contumaciā, dēt perquirere ueritatem oīb. modis, & consequenter taliter uenientes audire, vt l. amplioré. C. de appel. & in auth. qui semel. C. qūo, & quan. iud. & ita tenuit Bar. in extrauag. ad repri. in uerbo, sume. in l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. & ibi Doct. cōiter in d. §. publicè. & Cy. & alij post eū in l. reos. C. de accu. & canonistæ in c. ueniens. de accu. & Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de procu. §. 1. uer. item ꝙ causa. Plus uoluit ac consuluit Dyn. quem refert & sequitur Io. And. in addi. proximè allegata, & Iac. de Are. & Cy. in d. l. reos. & Ang. & Io. de Imo. in d. §. crimen. qđ ēt
c procurator c cum mandato possit, & debeat admitti in d. casu. s. qñ pro crimine publico, & capitali pōt absens damnari, maximè per d. §. publicè, per l. intra accusatorem. ff. de publi. iud. & per alia, de quibus per eos in dictis locis. Sed hæc
2 disputatio ad p̄sens non est necessaria, attento ꝙ† d. D. Baptista non comparuit, ut procu. cum mandato, sed ut quili-
d bet de populo d ad instruendum curiā, seu uti defensor prædictorum, quo casu oēs fatētur eum potuisse & debuisse admitti, ut ēt dicit Io. de Imo. in d. c. ueniens, ubi dicit seruandā esse cautelā, quā dicit se tunc proximis dieb. seruasse, ut compareat aliquis ad defensionem absentis tanquā instructor, uel informator de defensionib. absentis, quas ēt ipse iudex ēt nemine comparente deberet perquirere. l. si non defendantur. ff. de pœnis, & l. 1. in fi. ff. de quæst. & producat capitula, ex quibus appareat de defensione rei inquisiti, & nominet testes instructos de defensione quos examinari uelit, & per hunc modum poterit etiam in causa capitali prouidere, ne condemnetur, uel in banno ponatur, & ita dicit uidisse Bononiæ seruari, & ego etiam hic & alibi quampluries seruari feci, & sic cōiter practicari, & seruari uidi, & rectè per prædi-
3 cta. Circa† secundum principale (uidelicet an sit probatum de innocentia dictorum inquisitorum, adeò ꝙ debeat pronuntiari eos de dicto homicidio non fuisse culpabiles, nec puniendos) rñdeo ꝙ sic, quia per dictos septem testes est probatum quòd tpe, quo vulneratus, & occisus fuit d. Rōdinus ꝙ fuit circa tertiam horam noctis, dicti inquisiti non erant in loco, in quo fuit vulneratus Rondinus, sed erant distantes, & quòd non potuissent illuc accedere, quin dicti testes comprehendissent, & per hunc modum optime probatur hæc negatiua coarctata, s. loco & tpe. l. optimā. C. de contrah. & commit. stip. c. ex tenore, & c. series, de testi. notat gl. & Doct. in c. bonę memorię Maguntin. de elect. & no. in l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquir. hęre. & in §. si verò absunt, in auth. de hęr. & fal. in uerbo, uidisse, et ponit ibi Ang. in §. hinc nobis, et no. per gl. & Doct. in l. 1. §. 2. ff. de iti. actuq; priua. & per Cyn. et Bal. in l. actor, C. de proba. et per Doc. in c. cum ecclesia. de causa pos. & in c. 3. loco, de proba. cum sim. Et plus deponunt testes, s. publicam vocem, & famam ac communem opi. esse in dicto loco apud bonos, &
4 graues, ꝙ d. inquisiti non fuerunt culpabiles. Et attento† ꝙ dictum delictum fuit commissum de nocte & tempore tali, quòd Luna nullo modo lucebat nec lumen aliquod reddebat, adeo quòd non potuisset discerni, qui fuissent occisores d. Rondini, qui fuit occisus in maxima multitudine personarum, vt deponunt testes, ideò tunc, s. qñ probatio est super eo, in quo probatio est de difficili, sufficit probatio per famā, saltem concurrentibus aliquibus adminiculis, vel coniecturis, quamuis aliàs talis probatio non fuisset sufficiens, ita notat Cy. in l. si quidem. C. sol. ma. vbi propriè ponit exēplum, qñ tractaretur de probanda morte alicuius occisi in magna multitudine, & tumultu, allegat. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mili. & notat Inn. in c. veniens, de verb. sign. & notatur in c. præterea. de testi. & per Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in 7. q. ff. de ope. no. nun. & Ant. de But. in c. veniens. el 1. de test. & in c. transmissa, qui filij sint legi. bene fa-
5 cit, quod no. Bar. in d. l. si quidem. Et in proposito† nostro adest nedum fama, & coniectura, ex eo ꝙ probatur per testes quòd d. inquisiti erant tempore d. commissi homicidij amici, & beneuoli d. Rondini, & ita continuè fuerant, arg. l. 3. in prin. ff. de test. & in l. 1. §. cum quis. ff. de quæst. & c. constitutis, de testi. sed etiam adest probatio, quòd ipsi inquisiti non interfuerunt homicidio, ergo videtur esse sufficienter proba-
6 tum. Quod† autem d. probatio occisorum videatur esse super re difficili, patet per id quod no. glo. in l. si cum exceptione. §. in hac. in verbo, ignoret. ff. quod metus causa. vbi gl. dixit, quòd iustè ignoratur id, quod fit de nocte, vel in multitudine hominum, & secundum Ang. illa glo. non est alib. per eam dicunt ibi Bal. & Ang. aliàs per Old. fuisse defensum quendam qui accusabatur de homicidio commisso de no-
e cte, & testes e deponebant se vidisse à longè, & fuit probatum, quòd Luna non lucebat illa nocte, & ideo testes illi fuerunt reprobati, vt etiam no. Bal. in l. Aretusa. ff. de statu homi. & in c. 1. §. porrò. in ti. quæ fuit prima causa benefic. amit. benefacit, quod notat Bald. in l. si non speciali. ff. de testi. vbi dicit, quòd testes, qui propter obscuritatem noctis non possunt videre, non probant de visu, quod intelligitur secundum eundem Bal. in d. l. Aretusa. quando testes ipsi affirmabant, quòd ibi non erat lumen ignis, vel candelæ, & apparet, quòd luna non lucebat, & essent æqualiter distantes à loco,
7 vbi agebatur id, de quo quæritur. Nec obstat† si contra testes opponatur, quòd non sunt contestes in eodem loco, & tempore, iuxta id quod habetur in c. licet causam. de proba. & in cap. cum dilecti. & in cap. bonæ. de elect. cum sim. quia respondeo, quòd immo intelliguntur esse cōtestes, tum quia plures ex eis vocant contestes de numero prædictorum testium, vt Nannes Gasparini, & Ioannes Gazoli, & Bonifacius Scalabrini, & in dubio etiam nisi appareat, quòd testes sint singulares ratione, loco, uel tempore, & præsumuntur contestes, ut nota. Innoc. in cap. qualiter & quando. el secondo, de accusa. & Specu. in titu. de inquisitio. §. nunc tractemus. versic. super probationem autem infamiæ, & Bald. in l. secunda, C. de bono. possess. secundum tabulas, & in l. de quibus. ff. de legi. vbi ad hoc allegat cap. cum tu. de testi. & no. Ioan. de Imo. in cap. cùm oporteat. de accusa. & D. Abb. in cap. cum Ioannes. de fidē instrumen. Nec obstat, quòd aliqui ex dictis testibus deponant, quòd sunt amici dicti domini Baptistę, & inquisitorum, sicut sunt alij communiter, quia respondeo, quòd plures sunt testes, qui hoc non dicunt.
8 † Secundò, quia dicunt, quòd sunt amici eis sicut sunt alij
f communiter. unde talis amicitia f nō repellit testem, sed requiritur, quòd amicitia sit maxima, seu talis & tanta, quòd reddat

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

reddat eum in tñ amicũ vni, quòd ex hoc habeat aduersarium odio, aliàs autem amicitia, quę est actus virtuosus, non repellit testem, per l. sciendum. ff. de vsu. l. 3. in princ. ff. de testi. c. quoties. cum ibi notatis per Innoc. & Doc. de testi. & cap. cæterum. de testi. cogen. & no. Doc. maximè Bal. in l. eos. & in l. si quis. C. de testibus & no. Spec. in titu. de teste. §. 1. in prin. & Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. & no. in cap. insinuante. cum sim. de offi. deleg. Et plus † dixit g Iac. Bur. in
9 g d. l. 3. in princ. ff. de testi. ꝙ licèt duo testes coniuncti magna amicitia non probarent; tñ tres probarent, quia fidem supplet numerus, per no. per gl. reputatam sing. in d. l. 3. §. 1. ff. de testi. in verbo, numerus. bene facit, quod no. Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de noto. crimine, §. fama. in addi. incip. à legato, & Iaco. Bur. in l. parentes. C. de testib. & Nico. de Neapol. in l. 2. in princ. ff. de excu. tuto. vbi reputat singulariter ad hoc esse notandum gl. in d. verbo, numerus. Fortius dixit
h h singulariter † Bal. & Sal. in d. l. parentes. C. de testam. &
10 Sal. in l. testis. ff. de testibus i ꝙ licèt alàs frater non esset idoi neus testis pro fratre in causa ciuili, vel criminali, si testificatur
K K solùm ad defensam fratris, & non ad impugnationem alterius, quamuis hoc testimonium redundaret in præiudicium fisci; tñ erit frater idoneus testis, per id, quod hñ in c. Ifas. de præsum. vbi fratris testimonium purgat fratrem in cã hæresis, nec debet fiscus conqueri, ꝙ pœnæ non irrogatæ indignatio solam duritiam continet. l. si seruus ea lege. ff. de ser. expor. hæc dicit Bald. esse vera, & menti tenenda, multò magis ergo amicus ẽt qualicunque amicitia coniunctus admitteretur in casu prædicto. Ex quibus omnibus intrepidè concludo, partes commissarij esse in pronunciando dictos inquisitos non esse culpabiles de contentis in inquisitione prædicta, & non esse puniendos.

ADDITIONES.

a ¶Defensor. Cæpolla causa crimi. cons. 46. cum decem cons. sequentibus cons. 64. cons. 72. cons. 73. cons. 74. Corn. cons. 17. lib. 3. cons. 122. lib. 4. Dec. cons. 429. inf. eo. cons. 138. nu. 14.

b ¶Procurator, & malè, nisi vbi pœna relegatione minor dẽt imponi. l. penul. in fi. de publi. iud. l. 1. an per aliũ cau. appel. reddi. possint hodie de generali consuetudine, & stylo nullus ẽt vt quilibet admittitur pro alio in causa criminali, nisi reus psonaliter, vel in vinculis cõpareat, sed tñ non tollitur quin iudex debeat omnibus modis inquirere de veritate, & innocentia. d. l. si non defendantur. de pœnis. Et sic licet quis non admittatur tanquam defensor pro absente, vt. s. non debeat sine eo procedi, tamen potest incitare, & instruere officium iudicis.

c Vt quilibet de populo.] Facit ad prædicta, quod scribit Ang. ad l. plenè. ff. de peti. hære. vbi inquit, ꝙ si ex forma statuti in causa criminali nullus debeat admitti ad excipiendũ, nisi personaliter comparat, vt est statutum Perusij, & vbique cõiter, & poterit implorari officium iudicis, vt ex officio capiat informationes, quod iste inquisitus est clericus, vel quod ille, qui fuit trucidatus, erat bannitus, & ex forma statuti poterat impune occidi. Et idem Angelus testatur se vsum infinitis vicibus hmõi praxi. & concor. & similia adducit Ias. ad L. 1. colum. antepen. ff. de iurisdictio. omn. iud. Et vide ad propositum prædictorum Cæpol. caut. 252. incip. similem cautelam. Et vide circa prædicta duo elegantia cons. Maria. Socin. quæ habeo post tractatum de excusatore. Et de prædictis eleganter scribit Dec. cons. 429. quem omnino vide cundem Dec. ad l. in eo §. nemo alienæ. ff. de reg. iur. circa finẽ. Et exceptio innocentiæ non intelligitur exclusa: Dec cons. 458. in fine. De prædictis tradit Alex. in tract. maleficiis. in ver. "Qui" index videns dictos inquisitos non comparuisse, versic. quæro an talis bannitus. Vide ẽt Ruin. cons. 5 dub. 2. lib. 5. & cons. 9 col. lib. vbi vult, quod pater pro filio, dñs pro seruo, & quilibet pro interesse rei a se amittatur, etiam si statutum admeret defensionem. Ad hæc animadvertas, ꝙ vbi quis citatur, vt personaliter compareat, vt videri possit cuecolore, qua trepidatione loquatur, non admittitur pater, nec alius pro inquisito, vt per Ruin. cons. 118. lib. 5. Et in praxi seruatur, vt citetur personaliter ad comparendum personaliter responsurus inquisitioni. tanquam de veritate melius instructus. Et quod hic Alex. scribit, tenet Gramm. cons. 1. posito post decis. nu. 25. Nat. Viso processu.] Dixi ad Alex. cons. 116. lib. 2. vbi latius cadit.

d Quòd autem dicta.] Docui cons. 1. col. pen. num. 15. ver. quintimo. lib. 3.

e Et testes.] Vide hac de re ẽt per Fel. ad c. sicut. colum. 4. de re iudi. Ang. Aret. ad §. quadrupli. col. 1. Instit. de actio. Nat.

f ¶Amicitia. sup. lib. 1. cons. 78. num. 3. sup. lib. 5. cons. 88. num. 14. Aufr. tract. de repro. test. ver. amicitia. inf. eo. cons.

g Et plus dixit.] Dixi cons. 78. lib. 1.

h Fortius dixit.] Ant. Gab. Rom. li. 7. recep. sent. reg. 22. sub tit. de crimin.

i Lege, testis. ff. de testibus.] Istud ẽt ibi dicit Florian. argumen. l. si cui. §. 1. ff. de furtis. Sed in oppositum, quod in causa criminali domesticus, ẽt consanguineus nullo modo admittatur, vide Fel. ad c. in literis. colum. 4. de testib. vbi etiam mentionem facit de dicto Floriani ad d. testis. Articulus ẽt ambiguus. nunc ẽt de hoc Alex. cons. 122. colum. fi. lib. 2. Ias. ad l. vt vim colum. 2. ff. de instit. & iure. Et quod Alex. hic dicit tenet idem Alex. cons. 24. colum. pen. lib. 2. Vide Dec. ad l. & si nubi. ff. de reg. iu. & sequitur idem Dec. cons. 459. vbi etiam dicit, quod defensio probatur per verbum. Credo, nem nulla reddita ratione, & repetit cons. 469. colum. 2. hoc etiam, etiam in criminalibus admittatur coniunctus, vide Cur. in ad rubricam de iureiuran. circa fi. Item contrarium, quod testes minimè idonei non admittantur pro defensione, vult Areun. ad c. cum P. Manconella. de accusa. in fine. Ias. verò vult, fratrem admitti, ad l. non solum. §. sciendum. ff. de oper. nou. nuncia. & dicit Per Anch. cons. 283. Iure stricto, colum. 2. quod sufficit semiplenè probari defensionem. Et coniunctus admittitur ad probandum meram defensionem criminis, non ad reprobationem testium fisci, Grammatic. decis. 34. colum. 6. Nat.

K ¶Defensa sup. lib. 1. cons. 5. num. 8.

SVMMARIVM.

1 *Legitima non amittitur omisso inuentario.*

4 *Statutum vocans simpliciter sorores, aut alternatiuè vtrinque cõiunctas, vel ex latere patris tantum, intelligitur secundum ius commune vt consanguinea per vtrinque coniunctam excludatur, & num. 5. 6.*

CONSILIVM V.

Consideratis omnibus quæ in themate narrantur, & lecto tenore testi d. quondam Galeoti, & statuti sub rubrica de succes. ab intest.

1 Circa primum, quo † quæritur, an d. testm̃ valeat, postquam legata relicta per testatorem absorbent vltra vires hæreditatis, & per consequens d. posthumus nõ esset consequutus aliquid de hæreditate paterna vigore testi paterni? Respondeo, testamentum valere, qm̃ posthumus fuit institutus solenniter in testamento, & sic quãtũ ad eũ fuit seruata forma in testõ de iure requisita. l. inter cætera. ff. de libe. & posthu. l. fi. C. de lib. præte. & in §. aliud quoque capitulum, in authen. ut cum de app. cog. Nec ipsi posthumo obstant legata excedentia vires hæreditatis, quia respondeo, quòd non ob-
2 stantibus d. legatis † filius posthumus poterat deducere de bonis paternis suam lẽgitimam debitã sibi de iure naturæ, hoc est tertiam eius quod habiturus fuisset ab intestato, deducto solùm ante legitimam ære alieno, & funeris impensa, vt l. Papi. §. qm̃ aũt quarta, & §. seq. ff. de inoffi. test. & l. qm̃ in prioribus iuncta authen. nouissima. C. de inof. testa. quod procedit, ẽt si posthumus a vel hæres eius immiscuisset b se hæreditati paternæ, nullo confecto inuentario, vt plenè c no.
c per gl. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. & ibi Iac. Bur. & gl. in authen. de hære. & Falc. in §. si verò non fecerit. in verbo, lucrari, & in l. fi. §. pen. in gl. fin. & ibi Doc. C. de iure deli. & plenè declarat Bart. post Cyn. in auth. sed cum testator, C. ad l. Fal. & Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de instr. edi. §. fi. ver. quid si de suo. & declarat etiam Bal. in l. cum à matre. C. de rei ven. & in l. 1. C. de bo. auth. iud. pos. & Ang. in l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus quam per l. Fal. Circa secũdũ dubium, d † quo quæritur, an posito ꝙ prædictum testamẽtum
3 d valeat, d. Iacoba coniuncta ex latere patris tantum ipsi fratri suo posthumo veniat ad successionem eiusdẽ posthumi cum d. Philippa, & Iulia sororibus vtrinque coniunctis. Breuiter rñdeo, ꝙ non, quia præferuntur sorores vtrinque cõiunctæ, vt in auth. itaque. C. commun. de succes. & cum d. sororibus vtrinque coniunctis concurrit ẽt mater d. posthumi æqualiter & pro virili, si ipsa extat, vt in authen. defuncto. C. ad Tertul. & ibi ẽt probatur, ꝙ mater excludit d. Iacobam, quæ non est vtrinque coniuncta, & notatur in l. 1. ff. de iur. & fac. ign. & expressius probatur in §. cõsequens, in auth. de hær. ab intest. ven. Et hoc procedit de iure cõi. Sed vidẽdum est vtrum idem sit ex dispositione d. statuti, & quò ad matrem constat, ꝙ statutum vult, ꝙ ipsa succedat æqualiter cũ sororibus de-
4 functi, & quòd virales fiant † portiones. Sed posset dubitari, an vigore d. statuti d. Iaco. soror d. posthumi ex latere patris tantum, succedat ipsi posthumo, sicut qua liber soror vtrinq; coniuncta, & istud est maius dubium, quod sit in hac consultatione, nam vt prima considerationi dicendum, ꝙ sic, quia
e statutum §. disponit, ꝙ si quis maior, vel minor decesserit ab intestato, et si nõ haberet facultatem testandi, sine filio, vel filijs, nepote vel nepotibus natis ex filio, vel filijs masculis, legitimis, & naturalibus, superuentib. patre, vel fratre, seu fratribus, vel sororibus vtrinq; coniunctis, vel ex latere patris tm̃, vel filijs, fratrum, vel auo paterno, ꝙ succedat pater, vel auus paternus, si prem vel auũ hẽat, & si nõ hẽat, succedant fratres vtrinque coniuncti, vel ex latere patris tantum, quibus fratribus existentibus sorores non succedant: prædictis aũt fratribus, vel filijs fratrum non existentibus, tunc succedant sorores pdictæ exclusis alijs, præter matrem, q̃ succedat æqualiter cum sororibus defuncti in virilem portionẽ. Cum igi-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tur statutum fecerit mentionem de fororibus tam vtrinque coniunctis, quam coniunctis ex latere patris tantū, & postea dicit, ꝙ dictę sorores succedant, videntur omnes sorores tam vtrinque coniunctæ, quam ex latere patris tm̄ simul vocatæ, cum oēs sint agnatæ & sic coniunctæ per masculum. insti. de legi. agna. suc. in x. princip. & ſ. item si quis ex cęteris, & sic statutum prædictum vī voluisse fauere agnationi, iuxta not. per Cy. in l. 1. C. ad l. Iul. de adul. & per Io. And. in addi. Spe. in rub. de succes. ab intest. cum sim. & illa dispositio statuti vocantis indefinitè sorores, debet referri ad omnes sorores, de quibus supra fecerat mentionem l. 1. C. de lib. præte. l. 3. ſ. 1. ff. de lib. & posthu. & præsertim, vt statutum aliquid operetur. l. ſi qñ. in prin. ff. de l. 1. cap. ſi Papa. de priu. in 6. & quod no. Bart. in l. 4. ſ. prætor. ff. de dam. infec. & in l. 2. ff.
5 de vſucap. † Sed his non obſtantibus, puto ēt ex dispositione dicti statuti non vocari sororem ex latere patris tantum coniunctam, niſi qñ non extarent sorores vtrinque coniunctæ. Moueor, statutum debet interpretari, vt quanto minus fieri potest, lædat ius cōe, salem ne alius indebite damnum patiatur, vel ne alius indebitè ad lucrum admittatur. l. 2. C. de noxa. l. vt gradatim. ſ. sed ſi l. ff. de mune. & hon. & no. Bar. in l. omnes populi, in 6. q. principali. ff. de iuſt. & iur. sed ſi dictum statutum intelligeretur, quòd etiam extantibus fororibus vtrinque coniunctis, d. soror coniuncta ex latere patris, tantū concurreret cum d. fororibus, & cum matre defuncti in virilem portionem, diminueretur ius debitum matri iure naturæ, l. nam & ſi parentibus. ff. de inof. teſt. & diminueretur ius succeſſionis, ēt iure naturæ pertinens ad d. sorores vtrinque coniunctas, & soror coniuncta ex latere patris tantum admitteretur indebitè ad lucrum d. succeſſionis vt hæc probant in l. ſi. in verbo, lex ipſa naturæ &c. C. quorum bono. iūcta d. auth. itaque. C. com. de succeſ. & d. auth. defuncto. ad Tertu. ergo debet intelligi d. statutum, quod admittantur dict. sorores, ſ. prout de iure cōi vocantur, videlicet sorores vtrinque coniunctæ, ſi extant, & illis non extantibus tunc demum admittatur soror ex latere patris tātum. Pro hoc bene facit id, qđ hī in c. dilectus, de consue. nā ibi probatur secundū Ant. de But. & Io. de Imo. ꝙ verba statuti etiā improprianda sunt, ne inducant repugnantiam iuris
6 cōis, vel læsionem tertij. Hoc confirmo ex † his, per quæ bene ad propositum consuluit Paul. de Caſt. in conſ. 359. inci. Statuto ciuitatis Caſtelli &c. nam in casu suo statutum disponebat, ꝙ siquis deceſſerit sine deſcēdentibus & aſcendentibus masculis ab intestato succedant fratres masculi consanguinei, & filij masculi dictorum fratrum consanguineorum tantum, & ſi non supersunt, succedāt patrui & filij masculi patruorum, exclusis fororibus & matre, auo materno, & auia paterna, & oīb. alijs attinentibus tali decedenti ex latere matris tm̄. Quærebatur, ſi quis deceſſit sine deſcendentibus & aſcendentib. sed superſtitibus vno fratre consanguineo tm̄, ideſt cōiuncto ex latere patris tm̄, & vno fratre vterino tantum, i. cōiuncto ex latere matris tm̄, vtrū ille frater vterinus succedet solus in oīb. bonis, quæ præfatus defunctus habuit à matre, puta in dotē. & arguit ad vtranque partē, & finaliter cōcludit ꝙ sic, qa de iure cōi frater coniunctus ex latere matris tm̄ præfert fratri coniuncto ex latere patris tm̄ in bonis, quæ obuenerunt defuncto à matre, vel linea materna, & ecōtra frater ex latere pr̄is tm̄, præfert fratri ex latere matris tm̄ in bonis, quæ defuncto obuenerūt à patre, vel linea paterna. l. de emancipatis. C. de leg. hær. & no. in d. auth. itaq; per glo. & Doc. & in corpore vñ illa sumitur. Sed dubium faciebat d. statutum, ꝙ cū dictione taxatiua tm̄, vocabat fratres cōsanguineos, & filios eorū, & sic pp. llā dictionē taxatiuam videbantur cæteri excluſi, vt not. in l. rationes. C. de prob. & in c. cū ecclesia sutrina. de cā poſ. & proprie. & ēt statutum in casu suo excludebat cōiunctos p matrem, vt sup. retuli, tñ ipſe concludit contrarium, ꝙ d. statutū non intelliget hīc locum in bonis obuentis defuncto a matre, ſed in alijs bonis, quia in bonis prouētis a matre eſt potior ille vterinus, per d. l. de emancipatis. & sic vult, quòd d. statutum interpretetur ſcdm ius cōe in casu prædicto, qđ probatur p rōnes quas adduxi sup. & certe i casu suo videbatur eſſe magis durum interpretari d. statutum secundū ius cōe, vt ipſe conſuluit. cum verba illius statuti essent multum magis præcisa, quàm in casu nr̄o, vt ēt patebit per infrà dicenda. Cōfirmantur prædicta quia statutū, de quo nos quęrimus, loquitur alternatiue, dū dicit. superuenientib. fororibus vtrinq; cōiūctis, vel ex latere pr̄is tantum, vnde dum postea subdit, ꝙ fratrib. non extantibus succedāt d. sorores, vī ēt loqui alternatiuè, sicut loquitur in parte superiore, ad q̄ fit relatio. l. illa inſtitutio. ff. de hære. inſti. l. ſi ita scripſero. ff. de condi. & demō. l. ait prętor ſ. 1. ff. de re iud. & sic perinde eſt, ac ſi diceret statutum, ꝙ fratrib. nō extantibus succedant sorores vtrinque coniunctæ, vel ex
7 latere patris tm̄, ſed ita eſt † quòd in diſpoſitione alternatiuè vocante perſonas, inter quas cadit diſpar ratio, intelligantur vocari illæ perſonæ non simul, nec copulatiuè, ſed ordine
g succeſsiuo, ſcdm ordinem ſcripturę: vt l. cum pater. g ſ. pen. ff. de l. 2. ſed in dicto statuto primò nominatæ sunt sorores vtrinq; coniūctæ, q̄ sorores ex latere patris tantùm, & magis coniunguntur defuncto primæ sorores ꝓpter duplex vinculum, quam ſcdę, vt probatur in d. auth. itaque ergo illæ prius vñr vocari. bene facit tex. in auth. hoc amplius. cū glo. in verbo. noſtros eſt. C. de fideic. & l. quoties. in prin. ff. de vſufru. & no. Doc. in l. nec. n. cū fin. ff. de ſolu. Corroborantur prædicta per id, qđ habet in præmiſſo statuto dicēte, † ꝙ ſi de-
8 cedens ſine deſcendentibus masculis hēat patrē, vel auū, ſuccedat pater, vel auus, & tñ nemo negabit, ꝙ ſi quis decedat ſine liberis, pr̄e & auo ſupſtite, ſuccederet pr̄, non auus, iuxta d. auth. defuncto. & ſimiliter ſi quis decederet ſupſtite fratre, & filijs fratris, non admitteretur pariter frater ſuperſtes, & filij eiuſdem fratris iuxta auth. ceſſante. C. de leg. hęr. alias ſtatutum contineret abſurdum, ſ. ꝙ agnatus maſculus prior in gradu non præferret alteri agnato poſteriori in gradu nō repreſentanti parem gradum: vt in auth. defuncto. & l. ſi vna matre. C. de bonis mat. & ſtatutum nūquam debet interpretari, ꝙ contineat abſurdum, l. ſcire oportet. ſ. aliud. ff. de excu. tuto. & l. ambiguus. ff. de l. & not. per Bar. in d. l. oēs populi. in 6. q. principali, & in l. non dubium. C. de l. & tñ ſtatutum p̄dictum diſiunctiuè fecit mentionem de fratrib. vel filijs fratrum, ſicut fecit de ſororib. vtrinq; cōiunctis, vel ex latere patris tantum, igitur ex præcedentibus declarantur ſequentia. l. ſi ſeruus plurib. ſ. fin. & l. qui filiab. in prin. ff. de l. 1.

Et p hæc apparet reſponſio ad allegata in cōtrarium, ſ. ad d. ſtatutum, quia dico quòd debet interpretari ſcdm ius cōe, & intelligi, ꝙ sorores ex latere patris tm̄ admittantur, ſ. qñ non extant ſorores vtrinque coniunctæ, prout ēt colligitur ex verbis & mente d. ſtatuti, vt ſupra fuit oſtenſum. Nec ob.
9 † ꝙ ſtatutum h voluerit fauere agnationi: quia rñdeo, ꝙ iſtud
h in ea parte ſtatuti loquente de fororibus non conſideratur. patet, quia ēt pariter admittit matrem defuncti, p q̄ nō con-
i ſeruatur i agnatio, neque familia defuncti. l. familię. ſ. 1. ff. de ver. ſign. in d. ti. inſt. de legi. agna. ſuc. in prin. Prætereà po
K ſito K ꝙ ſorores cōiunctæ ex latere pr̄is tm̄ nō admitterent, niſi deficientib. ſororib. vtrinque coniunctis, p hoc non eſt,
1 quia cōſeruet agnatio, quæ conſeruatur in perſonis illarum l ſororum vtrinq; cōiunctarū, dū viuunt. Non ob. ꝙ ſtatutum debet referri ad oēs ſorores, de quibus ſuprà facta eſt mētio, iuxta l. 1. de lib. præt. quia rñdeo, ꝙ illa. l. facit potius in contrarium, quia ibi dr̄, quod hoc ꝓcedit, niſi aliqua rō ſubeſſet quare non debet ad omnes referri, ſ. pariter, prout eſt in caſu nr̄o ne inducat correctio iuris cōis in præiudicium tertij, & ne alius indebitè ad lucrū admittat, & quia maior eſt ratio in ſorore vtrinq; cōiuncta, quia vincula duo vincūt vnum. c. 1. de tregua & pace. & d. auth. itaq;. & ēt ꝓbatur p d. l. cū pater. ſ. pen. Non obſt. quod ſtatutum aliter nihil operaretur, quia imò ſtatutū multū operatur, vbi deberēt cōcurrere fratres & ſorores, & aſcendentes vtriuſq; ſexus. l. fi. C. de lib. præt. & in d. auth. defuncto. & in d. auth. ceſſante. & ſtatutum diſponit cōtrarū. Prætereà operat, quod vbi ſoror ex latere patris tm̄, & ſoror ex latere mr̄is tm̄, dērent pariter ſuccedere i rebus q̄ obueniſſent aliunde, q̄ à patre, vel mr̄e, iuxta d. l. de emancipatis, vult ſtatutū, quod præferat ſoror ex latere pr̄is tātum ſorori ex latere mr̄is tm̄, vt clarè in d. ſtatuto cautum eſt. Et
10 ſic remanet firma concluſio † ꝙ d. poſthumo ſuccedit mater eius, ſ. dña Cecilia, ac ēt Philippa, & Iulia ſorores vtrinque coniunctæ, ſ. qlibet ꝓ tertia parte, excluſa Iacoba, ad quas ſorores vtrinque coniūctas & matrem trāſmiſit dictus poſthumus hæreditatem paternam etiam non aditam. l. ſi fratris. C. de iure delib. l. apud hoſtes. C. de ſuis, & leg. l. ventre. cum ibi plenè no. ff. de acquir. hære. & notatur in l. ſi infanti. C. de

in.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

iu. deli. Et consequenter dicta Iac. si habuit dotem matris suæ, nihil aliud petere potest, nisi illud, qđ sibi debetur ex dicto relicto librarum centum, quod relictum librarũ centum excedit legitimam sibi debitã in bonis patris, iuxta id, qđ hĩ in d. auth. nouissima, meritò nil aliud petere potest, vt ibi, & l. cũ q̃ritur, eo. tit. cũ sim. Reliquum verò venit diuidendum inter Cæciliam, Philippam, & Iuliam, & primò Philippa, & Iulia debent deducere suam legitimam, vel dotem æquialentem legitimæ, iux. auth. res quæ, cum ibi no. per Doct. maximè Sal. & Ful. C. com. de leg. quę legitima erat librarum 750. pro qualibet earum, attento, ꝙ computato posthumo quatuor filios habuit testator secũdum distinctionem traditam in d. auth. nouissima, & ẽt debet habere quælibet earum tertiam partem aliarum 75. librarum, quæ fuit legitima posthumi, & aliam tertiam partem dictarum librarum. 75. posthumi debet habere domina Cæcilia mater, quæ est simi liter hæres posthumi pro tertia residuum verò, quod ascendit vsque ad summam librarum 575. presupponendo ꝙ bona testatoris, deducto ære alieno, & funeris impensa, valerent vsq; ad summam librarum 800. debent diuidi inter oẽs
m alios legatarios pro rata. m l. 2. §. 1. ff. de condi. l. si post missionẽ, & quod ibi no. Doc. ff. ad le. Fal. l. 1. §. si is qui quadringenta. ff. ad Treb. & l. fin. §. si præfatam, cum ibi not. C. de iu. deli. Et caueant dicta mater & sorores vtrinque coniunctę, vt hæreditatẽ accipiant cum beneficio inuẽtarij, quia aliter tenerentur soluere alijs legatarijs legata insolidum deducta
n sua lĩma, sẽdm quod dixi supra, per id quod hĩ n in d. auth. sed cum testator. C. ad le. Fal. Et si dicta Cęcilia conueniatur ad legata, vt pro parte hæres dicti testatoris, tam ex persona sua, quã partim ex persona posthumi, cuius est hæres, poterit deducere Falcidiam de legatis, vt pro illa parte, qua tenetur, vt hæres, præstare legata, pro illa parte, quam præstabit vt hæres, deducat quartam, si hæreditatem cum beneficio inuentarij adeat, & non aliter, vt in d. auth. sed cum testator, iuncta l. id aũt, & l. ꝙ aũt. ff. ad leg. Fal. quod facere non possent filiæ prædictæ secundi matrimonij de legatis puris, per no. in l. quanquam, C. ad legem Falc. cum sim.

ADDITIONES.

a Si posthumus.] Facit, quia ratione suæ legitimæ potest filius quamuis hæres patris impugnare paternum contractum, Bald. Sal. & recentiores ad a. th. vnde si parens. C. de iniusto test. Nat.

b Immiscuisset.] Adde Bar. ad l. Titia Seio §. Imperator, colum. 2. ff. de le. 2. vbi filius acceptãs simpliciter hæreditatem patris, põt reuocare paternã donationem inofficiosam, sequitur Imo. ibi, & ad c. fi. de don. Nat.

c Inuentario. supra lib. 5. consil. 165. num. 7. supra libro 4. cons. 67. num. 1. vbi dixi.

d Circa secundum dubium.] Boer. deci. 185. quoad secundum, vbi plenissimè. & idem dominus Alexan. cons. 74. hoc lib. 6. dixi consil. 166. lib. 5. vbi iusto consi. vertatur. Gab. cons. 6. extat. colum pen. vbi latè post Alexan. hic, & Fulg. & alios quos citat. Late circa hoc dubium consuluit etiam Cardin. Parisi. consi. 59. num. 16. cum pluribus seq. vol. 3. amplectens in pluribus dicta Alex. in hoc loco.

e Quia statutum.] Dec. sequitur consi. 355. dispositum fuit. colum. 2. vbi reprobat & inquit, quòd statutum recipit omnes limitationes, quæ dantur a iure communi in materia de qua agitur. circa dicta Alexan. hic vide Purpur. consi. 454. Buschæ oppidi. colum. 1. Hieronymum Gab. consi. 6. statutum. col. 1. & per totum.

f Hæc confirmo.] Andreas, Tiraq. in tract. lig. §. 14. gl. 2. nu. 4.

g Vt l. cũ pater.] Concordat tex. in l. hæredes mei. & ff. ad Treb. Nat.

h Nec obstat quod.] Dec. consi. 663. colum. fi. duo dubia. & consi. 89. circa primum. col. fi. in eodem. Craue. consi. 250. Iam reuocatur. colum. 2. sequitur Purpu. consi. 409. videtur. col. 2.

i Non consentiatur.] Nota, quod per fororem, dum viuit, conseruatur agnatio, quod bene perpendit Dec. consi. 589. in fin. ad statuta admittentia agnatos, vt non intelligatur exclusa soror. Nat.

K Præterea posito.] Idem in terminis amplectitur Paris. consi. 47. num. 61. volum. 3.

L In personis illarum.] Dec. sequitur consilio 589. In causa quæ colum. fin. in fine.

m Pro rata.] Et sic deducitur de singulis legatis pro rata, vt filius habeat legata, & hæres quartam, iuribus adductis per Alex. Et si hæres soluat primo legatario venienti, secundus agit pro executione Alex. ad l. fi. §. & si præfatam. C. de iure delib. Nat.

n Quod habetur.] Nota, quòd non confecto inuentario hæredes solida præstãt legata, ẽt si vires, & fines hæreditatis excedãt, talia tamen semper filio est legitima. Et quòd legatarij pro rata concurrant in soluendo legitimam, vbi confectum est inuentarium, & legata excedunt dodrantem, ponit latè Dec. cons. 653. dub. 1. idemque iuris est, vbi confectum non fuit inuentarium, quia per non confectionem inuentarij non amittitur legitima. vt supra dicit Alex. in 1. dubio.

EPITOME.

VALET testamentum Iudæi manifesti vsurarij omissa forma c. quanquam, de vsur. in 6.

CONSILIVM VI.

a Super præmissa a dubitatione, s. † an dispositio. cap. quanquam, de vsu. in 6. quatenus inualidat testamenta manifestorum vsurariorum, locum sibi vendicet in Hebræis manifestis vsurarijs, multum copiosè, & elegãter
b allegatum fuit per excellentissimos Doct. Senenses b supra consulentes mihi fratres honorandos, adeò quòd additione opus esse non videretur, tñ ne ad rem ipsam incogitatè acceditẽ videar, & ẽt quia, vt præfati cõsultores affirmant, passus iste non vĩ reperiri in specie à doctorib. nostris studentib. in iure tactus, aliqua ad confirmationem suæ conclonis hĩ subiungã, & in primis dico, ꝙ istã partem negatiuam sequi vĩ Florianus de S. Petro de Bononia in l. fin. C. de Iud. vbi quærit, quid pñt ordinarij locorum contra Iudæos rõne vsurariæ prauitatis, & dicit, quòd respectu pœnæ quæ olim imponebatur per c. quia in oĩbus, & cap. præterea de vsur. s. ꝙ priuentur sepultura, nec ad cõionem admittantur, &
c cõicatione astringãtur vsq; ad condignam satisfactionem, c nil pñt, quia non pñt excludi de corpore ecclesię, qui nunquam intus fuerunt, & quia quoad spiritualia nil ad nos de his quæ foris sunt. 2. qõne. 1. multi. 37. q. 1. sepe, & quod ibi no. & cap. gaudemus. de diuor. Item dicit respectu pœnę, de qua in c. 1. de vsu. in 6. s. ne locentur hospitia, & etiã respectu pœnæ, de qua in cap. quanquam, de vsur. in 6. & clem. 1. eo. tit. talium. n. pœnarum sẽdm eum sunt incapaces Iudæi, & ideo infert, ꝙ contra eorum hĩdes non potest procedi vigore illorum iurium, & subdit, quòd bene prouidit ecclesia militans contra Iudæos fœnerantes cum catholicis eo modo, quo potuit, nam interdicit Christianis commercium Iudęorum, donec plenè restituant vsuras. c. post miserabilem, & cap. quanto, de vsu. Sic & eodem modo compellit eos ad soluendas decimas prędiales, cap. de terris, de deci. Et ex his dicit ipse esse concludendum, ꝙ cum iura aliter non disponant, non possunt ordinarij locorum inquietare Iudęos, nec hęredes eorum super restõne vsurarum, & ista dicit esse notanda, quia quotidiana. cum igitur dispõ dicti c. quanquam, quæ est lex canonica, inducta sit ad restõnem vsurarũ, vt dicit Io. And. ibi in prin. in nouella, nõ dẽt hẽre locum quoad Iudęos, vt est de mente præfati Doct. nec in proprijs terminis repetio per alios specificè tactam hanc principalem. du-
2 bitationem, de qua quęritur. Confirmo † alia d ratione,
d nam vbi habemus legem Mosaicam, non debemus ab ea e
e discedere quoad actum celebrandum per Iudęum sine Christiano, & solum debet attendi ipsa lex Mosaica, non aũt lex humana, nisi quatenus expresè lex humana prohiberet Iudęis. ita plenè cõcludit Io. Cal. in cons. 10. sub rubr. de con-
f sti. & in cons. 30. sub rub. de test. vbi cõcludit, quod cum fm legem Mosaicam filius masculus excludat ab intestato fœminam, vt habetur Numeri 27. & Papa & Imperator tolerent, vt legem suam seruent, ergo sẽdm illam succedent. pro hoc allegat l. Iudęos. C. de Iudę. ibi dum litera dicit, amissuri hactenus permissa, si ab illicitis non abstineant. Nam fm eam ex illo tex. datur intelligi, ꝙ lex sua inter eos debet
3 seruari, nisi in his quę sunt eis prohibita. Præterea † fm eum lex Mosaica est specialis lex Iudęorum, ergo derogat gnali & cõi, licut species derogat generi. l. sanctio legum, de pœnis, & in regula generi per speciem. pro hoc ẽt adducit id, quod habetur in Euangelio, legem habemus & sẽdm eam debet mori, quasi dicat, lex nostra debet nobis seruari. Et dicit non obstare id, quod habetur in l. iussio, & in l. nemo. & in l. Iudęi Romano. & in l. nullus. C. de Iudę. vbi habetur legem ciuilem esse seruandam, quia respondet, quod verum est in his, quę sunt Iudęis expresè prohibita, sed in his, in quib. lex ciuilis non derogat, tunc inter Iudęum & Christianum seruatur lex Christiana, sed si inter Iudęos tunc seruatur lex eorum specialis, vt sicut inter Christianos primò seruantur eorum statuta, deinde lex cõis, iuxta l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Ita inter Iudęos primo debet seruari lex Mosaica, lege verò Mosaica deficiente, debet recurri ad ius cõe.
4 Cum ergo † ecclesiã legem Mosaicam, & veteris testamẽti, esset permissum testari cum solennitate iurisgentium, vt traditur per Bartol. in l. interdum, ff. de con. ind. post medium, & not. Fulg. & Roman. in l. si testm. C. de test. ad hoc quod no. gl. & Doc. in l. quoties, in princ. in glo. 1. ff. de her. inst. ergo satis fuit tẽpore testamenti seruari illam legem Mosaicam

per

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

per dictum Hebræum testantem, licèt non fuerit seruata dispositio & forma in genere tradita per legem canonicam in d.cap.quanquam.cum ibi nulla fiat mentio de Iudæis,bene facit,quod habetur 45. di. qui sincera. Fortificantur prædictaꝝ per id, quod not. glo. & plenius Guli. & alij Doct.in
h clem. 1.in verbo,principib.de Iud. vbi traditur,ꝙ infideles h degentes in terris Christianorum sunt de foro iudicis secularis, non ecclesiastici, quia constitutionibus canonum non ligantur,c.gaudemus.& ibi no.Host. & Ioan. And.de diuor. & no.per Inn.& alios in cap. quia super his,de voto,licet qñ negligentes essent iudices seculares, possent iudices ecclesiastici indirectè punire infideles. d. cap. post miserabilem, & ibi not.& d.cap.quanto,& in cle.1.de testi.fm Guli.& Io. de Imo.in d.clem. 1.de Iudæ.& ita etiam in effectu concludit Pet.de Anchar.in consi.14.incip.Vt prima facie &c.& in repe.regulæ, ea quæ de regul. iur. in 6.& vt etiam de mente
6 gl.in d.clem. 1. in verbo, censura,de vsur.Accedit,†quia Iudæi diuinis constitutionibus non humanis ligantur, 12.dist. cia, & 8.dist. si solus, & ibi not.in glo. quæ incipit,ergo Iudæi, quod intelligitur, vt dixi , nisi quatenus per legem positiuam reperietur quoad Iudæos esse aliter prouisum , vt
7 supra dictum est. Corroborantur † prædicta per id, quod habetur 34.q.2. non satis & cap. de infidelibus,cum glo.de consan.& affini.& in c.fin.qui filij sint legiti.& in c.fin.de di
i uor. vbi ꝙ in i matrimonijs Hebræi leges suas seruant, vnde glo.35.q.1.in c.1.in verbo peruenerit, colligit ex illo tex.argumentum,quod Iudæi non ligãtur canonibus.Insuper est attendendum vnum, quod præsupponitur,s.quod dictus restator habuit ex certis causis authoritate apostolica absolutionem in forma debita ab eo , quod commisit publicè fœnerando , & à dicta extorsione vsurarum,adeò ꝙ ex inspectione dictę absolutionis non tenebatur ad aliam restitutionem vsurarum,& per consequens cessat ratio, pp q̃ editum fuit dictum.c. q̃q̃, nam illa prouisio emanauit ad compellendum fœneratores ad restitutionem vsurarum,vt ibi dicit Ioan.An. in nouella, in prin.& dixi suprà, meritò cessante ratione dispositionis cessare debet dispositio.l.adigere. §.quãuis,ff. de
8 iure patr.c.cum cessante.de appel.Et constat†ꝙ posito,quod non posset dispensari, vt vsura committatur, iuxta id, quod habetur in c.super eo. de vsur. tñ potest dispensari in eodem crimine iam commisso remittendo, vt dñt Doc.in d.cap.super eo.notatur in c.præterea.eod.titu.Quinimo plerique tenuerũt, quod Papa ex causa possit in certo loco permittere,
K ꝙ Iudęi mutuent sub vsuris.K quod ad præsens aliter non discurio, præsertim,quia huiusmodi concessionem,aut absolu-
9 tionem non vidi.Nec istis obstat†id,quod not.Bal.in l.si qñ, in princ. C. de inoffic.test. vbi not.voluit per illum tex.ꝙ si vsurarius manifestus impetrauit a Papa, quòd possit libere testari,tamẽ non poterit testari , nisi prestet cautionem,de qua in d.cap. q̃q̃.& sequitur Laur.de Rodul.in commento. c.consuluit, de vsur.in secũda parte,quæstione centesima ad fi. quia respondeo,quòd ille est casus valde diuersus, nam in casu illo non cessat ratio d. cap. q̃q̃, ut probatur in d.l.si qñ,
10 in prin.secus in casu nostro, ut est ostensum supra. Nec†obstat etiam principali conclusioni prædictæ id, quod nota. Moderni, ut Dñcus de S. Gemi.in cap. 1.in fine de vsur.in 6.ubi dubitat,an dispositio illius cap. 1. habeat locum in io-
l cantibus hospitia Hebræis fœnerantib.& tenet,quod sic, l quia dici potest,quòd contrariam opin. tenuit Florianus de Bononia in d.l.fi. ut supra retuli, quasi illa pœna non conueniat quoad Hebręos dispositioni d.cap.1.Pro quo facit,quia cum tex.in d.cap. 1.presupponat prouisionem Lateranensis Concilij contra vsurarios editam, & positam in cap. quia in omnibus,eo.tit,in antiquis,& ei adijciat, vt intelligendus in eo casu,in quo loquitur tex.in d. c. quia in cibus,uerba sunt hęc Atch.in cap.dispendia, de rescri.in 6.in verbo,contrafecerit, in fin. glo. fuę facit, quod habetur in aut. de filijs ante dota.in tr.na.ad fi.& quod not. Io. Mona. in cap. q̃q̃. super uerbo,centendum, de elec.lib. 6.& glo.& Doct.in clem.statutum,in uerbo, consuetudine, de elec. sed ita est,quòd tex. in d.cap.quia in omnib.loquitur de fœneratorib.Christianis. ut ibi aperte patet ex litera , ergo ita etiam intelligatur tex.in d.c.1. Vel & secundo,posito quod tex.in d. c. 1. hñt locum in locantib. hospitia Hebręis alienigenis fœnerantibus dici potest, quod in d.cap. 1.tractatur de imponenda pœna his, qui patiuntur domos locari fœnerantibus, non de pœna imponenda fœnerantib. Præterea in casu illo non erat illa prouisio d. cap. 1. contra aliquam specialem prouisionem, seu permissionem legis Mosaice , quę attendi debet in actibus. Iudęorum regulariter , vt dixi supra. Et hoc ultimo modo rñderi potest ad no.per glo.& Doc.in cle.1. in uerbo,censura,de usur. Item potest responderi , quòd illud non obstat, quia loquitur gl.in d. clem. 1.in uerbo, censura, in pœna,seu censura infligenda à iudice ecclesiastico , qñ iudices seculares essent negligentes in cogendo Iudęos , & non ante, iuxta dictum cap. post miserabilem,&c.quãto,& iste non est casus noster,sed valde diuersus, quia tractamus de pœna directò,seu immediatè imposita à lege canonica,quę in hoc casu attendi non debet,ut superius dictum est.Alex.Tartag.

ADDITIONES.

a Super præmissa.] Super hac eadem facti specie consultus , de iure respondit Aret.consi.158 incip. Copiosè, & eleganter, & plenè Socin vt patet eius consi.71.cum seq libr.1.& tangit etiam Dec.ad l.1 colum 4. C.de eden.Cur.Iun.ad l.eius; qui in prouincia. columna 1. ff.si cert. peta. Natta.

b Super præmissa.] Natta iusto consi. 621. vbi sequitur dicta Alexan. & comprobat. Berous consi.2.lib. 1. Gab. Rom lib 4.recep. sent.reg 3.sub tit.de test.

c Confirmo alia.] Hæc ratio non est bona , & ideo infirmat & destruit, non autem confirmat,vt auctor est in puncto Berous consi. 28 num.65. & seq.lib.3.Idem Berous consi. 28. in præsenti. per totum illud consilium,lib.3.

d ¶ Senenses,scilicet Soc.consi.70 lib.1.

e Satisfactionem.] Pœna imposita non obseruantibus solennitates, Iudæos non includit,Bal.pulchrè consi.112. Statuto cauetur , quòd nullus artifex.lib.4. Nat.

f Non debemus ab ea]Vide hac de re Feli. ad c.1.de consti. versi. quinto fallit,col.11. vbi ponit etiam, quomodo Iudæi subsunt Papæ , & quid iuris sit,si delinquant. Nat.

g Vbi concludit.]Istud cons.refert Alex.ad l.1.col.9.ff.si cert. petat. & Bal. nou.in trac.dot,in vltima parte vlti. q.Ias. ad l. qui se patris,colum 5.C. vnde lib.Et vide Fel.latè ad cap. Iudæi,il secundo, de Iud. Et consilium Calld sequitur And. Sicul. consilio 15.libro 1.de quo latè Ruin.consi.4. lib.2.Nat.

h ¶ Infidelis . Idem de Iudeis , vt tenent omnes Theologi præcipuè. Alphon.Testatus, 1.reg.cap.8.q.57. cum q.seq.Ia. Almain.in 4.sent.dist. 18 q.1.& ibi omnes (exceptis paucis, vt Angel. de Ancho. de potest.eccle.& Sylues.Prier.in summa,ver.Papa.quæst 7.) idem vt de foro seculari omnes communiter canonistæ,vt Old. q 50 1.Fet Anch repe.cap.ea quæ, de regul.iu.in 6.Car.Zab.cle.vnica de Iudæis, in 3.opp. & ibi glo. pe.Pan.d. c.gaudemus Bonif.de Vitali. d.cle. 1. de Iud.clem 2 de pę.& quod hi: & Iudæi leguib ciuilibus regantur, Cy. l.celebrandis,C.de nup. Imo.consi. 1.in fi.Alex.ad supra lib.2.consi.71. Cæp.causar.cri.consi.75. Pet. de Anchar.consi. 271. Phi Fran in rub.de test. in 6 Soc.consi 62.& fi lib.1 Dec.&c.1.num. 20 de prob.c.consuluit,3.nu.11.de ap.Fran.Rip. l.fœminæ,q.2. C.de secun.nup Item ratione iuramenti Iudæus non effi citur fori ecclesiastici, & donat.inter vir. & vxo.iuramento Iudæi non firmatur, Soc. consi.66.lib.1. tamen oppositum tenet Dec.ad l pactum, quod dotali. C.de col. Vide Georg. Nattam ad c.quamuis.col.5.de pac. in 6.& ibi no.loquitur,& Ruin.consi.159. lib.5. Nat.

i In matrimonijs]Circa hoc de matrimonijs vide Andr. Sicul. consi 13. lib.4 incip.Illud in medium referam, Dec.ad l.2.nota.2. C. de instit. & substit.sub conditio.fag. Nat.

k ¶ Vsuris.Alex supra lib.3.consi.1 consi.2. & male.

l Et tenet quod sic.]Istud late tangit Barb.consi.16. dub.2.li.4.& Dec.ad l.1 col.4. C.de edendo,Fel.ad c.quia,de Iudæis.Sed opinionem Dominici tenet Alex.consi.75.col 2.lib.5. Nat.

EPITOME.

DONATIO inter uirum & uxorem iuramento statim irrenocabiliter inter uiuos firmatur 3. 5. unde non potest detrahi Falcidia. 11. nec cadit in donationem causa mortis,licèt donans retineat usumfructum , 12. 13. 14. nec compensatur cum dote. 16. 17. 18. nec ob id tenetur mulier creditoribus uiri.

CONSILIVM VII.

a Viso instrumento a donationis factę per Paulinum,in Matthæum,& alio instrumento donationis collatæ per eundem Matthæum in D. Anastasiam eiusdem vxorem, & alio instrumento , quo dictus Paulinus confessus est habuisse ex causa dotis præfatę Anastasię libras septuaginta Bono. & uiso themate, ex quo tria principaliter in dubium
1 reuocantur.Vento ad primum videlicet. An dictaꝝ Anastasia vigore donationis prędictę teneatur pro rata creditoribus donatoris vna cũ d. Matthęo.Et prima facie videret dicẽdũ, d. Anastasiam non posse se tueri ex capite dictę donationis, cum illa celebrata fuerit constante matrimonio , & sic nulla fuit,per totum tit.ff.& C.de dona. inter vir.& extra eo.ti.per totum.Et posito,quod diceretur, donationem saltem fuisse

con-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

confirmatam morte donatoris præcedentis, maxime cũ fuerit d.donatio coram iudice insinuata,per l.donationes quas parentes.C.de dona.inter vir.l.cum hic status. §. ait oratio.ff. eodem tit. cum si. & maximè cum interuenerit traditio rei donatæ,quæ traditio requiritur ad confirmationem d. donationis l.Papin.ff.de do.inter virum,& l.quod de suo.cum gl.
2 C.de dote.cauta. interueni: † enim traditio per retentionem
b ususfructus d. rei donatæ, prout in instrumento continetur, per quam retentionem b ususfructus dr̃ cuius præsumptione res tradita est, vt est tex.in l.quisquis, & in l.si quis argẽtum. §.sed si quis vniuersitatis,C.de donat.quæ iura non reperiuntur alibi secundum Bal.Constat etiam de traditione per constitutum,de quo in instrumẽto,l.quod in eo,in prin.& l.qui bona.ff.de acq.poss.& Iul.§.ex uendito,ver.possessionem autem ff.de act.emp. vnde posito,q̃ d.donatio fuerit morte cõ
c firmata (vt dixi) vr̃ adhuc dicendum creditores c eam excludere debere.l.si debitor.ff.de do.cau.mor.& l.11.ff.si quid in
d frau.patro.Sed his d non obstantib.puto contrarium de iure verius.s.d. donatariam non teneri in aliquo creditoribus,sed tantummodo tenebitur d.Matthæus hæres Paulini,vel alius quicunque hæres Matthæi, quod ostendo: nam d.donatio fuit donatio inter viuos, vt expresse dicunt verba instrumen
3 ti,& † virtute iuramenti e in d.donatione appositi, f valuit ip
e sa donatio à principio absque aliqua confirmatione mariti
f donantis, vt inferius probabo, ergo si valuit vt donatio inter viuos, non obligatur donatarius creditoribus, sed tm̃ hæres donantis, vt est casus in l. de reb. C. de dona.ante nup. in l.
g æris,& l. si patri,C.de dona. & l.2.C.de reuocan.g his quæ in frau. cred. & hoc quantum ad creditores,qui non haberent
4 bona hypothecata, vnde bene † fateor,quòd si bona donata Anastasiæ fuissent ante donationẽ hypothecata alicui ex creditoribus,quòd posset talis creditor agere hypothecaria contra d.donatariam, vt est casus in l. si quidem.C.de don.inter virum,& d.l.de reb.& præalle.l.2. C.quæ in frau.credi.cum concor. facta tamen prius excussione in bonis debitoris donantis, seu eius hæredum scdm formam auth.hoc si debitor. C.de pig.& in auth. sed hodie, & in corpore.C.de ac & obl. quo casu si creditores per hypothecariam euincerent rem donatam d. mulieri, hæret ipsa ex forma instrumenti donationis regressum contra hæredes dicti donatoris insolidũ, si essent hæredes sine beneficio inuentarij,vel pro rata facultatum hereditariarum,si essent hęredes cum beneficio inuentarij;scdm l.fi.C.de iure delib. & in auth.de hær.& fal.§.sancimus. Verũm,an possint dicti creditores agere reuocatoria contra d.Anastasiam ad reuocandam donationem tanquam in fraudem creditorum factam:eo quia ille Paulinus vr̃ quasi omnia sua bona donasse,hoc ego non attingo:quia dubia mi
5 hi transmissa de hoc non tractant.Restat,† vt ostendatur, dictam donationem factam Anastasiæ a Paulino coniuge suo
h constante matrimonio h tenuisse a principio ex virtute iuramenti in instrumento appositi.& quanquam circa hoc plura possent ruminari,tamen quia veritas in paucis consistit,ve
i niam ad cõclusionẽ ipsam. Et primo hanc opi. i tenuit Guli. de Cug.in l.ied si possessori.§.item si iurauero, ff.de iureiur. mouetur,quia donatio inter virum & vxorem constante matrimonio est prmissa,qñ donatur aliquid religionis causa. l. si sponsus.§.concessa. ff.de dona. inter vir.iuramentum autem magna est religio. l.11.ff. de iureiu.ergo videtur permissa cum iuramento scdm eum.hanc partem consulendo tenuit solennissimus consultor Feder. de Sen. in consi.140.per tex.in c. quamuis, de pac.in 6.& in c.cum contingat, de iureiu. & in auth.sacra. C.si ad ver. vend.in quib. iurib. patet,quod licet lex actum prohibeat,tm̃ actus talis firmatur iuramento,si iuramentum seruari potest sine interi- salutis æternæ. Istud
K idem k firmauit Bar. in l.si quis pro eo.in prin. ff.de fideiuss. & in l.Seio & Augerio.ff.ad l.Falc.in fi.monetur, quia talis donatio nõ est prohibita pp publicam vtilitatem,sed pp subditorum vtilitates, ne unus efficiatur ditior, alter pauperior pp mutuum amorem, l. 1.ff.de do.inter virum c.fi.extra eo. tit.vnde in ramento confirmari debet.d.c.quamuis,cum alijs præallegatis hanc sententiam firmauit et Io.de Imo.in l.si quis inquilinos. §.fi.ff.de lega.1.referens se ita de facto consuluisse. illud idem tenuit ipse Imo.in c. cum contingat,de iureiu.D. Ant.de Bu. eodem dicit iurans in donatione facta vxori constante matrimonio tenetur ad obseruantiam inſi,licet donatio pp legis resistentiam non firmetur, & hoc tenet ipse per ea,q̃ ipse voluit super intellectu d.capituli cũ contingat, dũ
6 firmauit illam opinionem,q̃ † alienatio fundi dotalis cum iu
1 ramento nõ validetur l quantum ad validitatem ipsius contractus, sed tantummodo teneatur mulier alienans cum iuramento ad obseruationem iuſi:,quam opinionem tenuerũt aliqui dicentes non reperiri contrarium iure cautum,sed certe cõis opi.est in contrarium,videlicet, q̃ d. contractus iuſo validetur,nedum q̃ teneatur iurans ad obseruantiam iuſi: q̃ opinio. firmat gl. in c.2.in verbo seruari,de pac.in 6.& ibi et Arch.& idem Io.Cald.& Io. de Imo.in d. c. cum contingat, & Fede.de Senis in cons.281. & Bar.in d.l.siquis pro eo.in ver.3.dixi, & per not.per glo. & Dec.in aut.sacram.C.si aduer.vendi.& Bal.in l.pactum quod dotali, in prin.C.de coll. & Bar.in l.si prædium.C.de iure dot.& Ioan. de Imo.in l. qui superstitis, ff.de acq. hær.vbi dicit,hanc esse cõem opi. a qua non est recedendum,vt habetur in locis vulgarib.& pro hoc, q̃ contractus ualidetur,possunt multa adduci,sed non oportet,quia est tex.in d.c. quamuis, in verbo firmatum. Et sic patet non esse verum dicere,q̃ per iuſm præstitum super contractu a lege prohibito non firmetur contractus. Sed fortius dico † posito, quòd vera esset opi. D.Ant.videlicet,q̃ iu-
7 rans super donatione facta vxori, tantummodo teneatur ad obseruantiam iuramenti,tm̃ adhuc vr̃,q̃ d.donataria habeat intentum,quia et hæredes iurantis tenentur ad obseruãtiam d.iuſi,secundum eundem d. Ant.& Io.de Ligna.in d.c.cum contingat,& in c.veritatis, de iureiu.pro quib.dico esse tex. in auth.quod obtinet.C.de prob.vbi licet quo ad pœnam ſpiritualem iuſm non obliget hæredes,tm̃ quantum ad obligationem circa contractus iuramentum defuncti obligat hæredes.& not.Io. And.in c.fin. de so. comp.in 6.& no.et Bal.in auth.sacra.in fin. præall.& Bald.in c.1.§. item sacramenta,de pac.iur.fir.in l.si qñ §.1 C.de inoffi.test.& in l.generaliter,in prin. C. de reb.cre.& no.Bar. per illum tex.in l.cum quis,§. codicillis,de leg.3.Ang.in d.l.qui superstitis,de acq.hær.bene facit l.nam & postea,§.fi.de iureiur.Et sic patet per prædicta veram esse conclusionem, quòd iuramentum præstat vires donationi factæ constante matrimonio. Pro quo et fa-
8 cit. † quia donatio m inter patrem & filium,quæ est prohibi-
m ta,sicut donatio inter virum & vxorem,l.antep.C.de do.inter vir l.2.C.de inof.do.confirmatur er iuramento, vt firmauit Bal.in l. irritam.C.pro donato,& in d.l.2.de inof.don.in quadam additione.Nec prædictis obstat,quòd donatio facta constante matrimonio dicatur esse contra bonos mores, vt l.1.& 2.ff.de don. inter vir. ergo non firmatur, vt in regula, non est obligatorium. li6.6.& l.si quis inquilinos,§.fi.de l.1. propter quod nõnulli tenuerunt istam opi.q̃ non confirmetur,quia vt dicebat Fed.de Se.in d. consi. 140.talis donatio non est contra bonos mores, quod patet,quia morte donantis confirmatur,vt dixi supra, quod non fieret,si esset contra bonos mores,vt in regula non firmatur. & in regula,non est obligatorium, li.6. scdm eum,& quod non sit contra bonos mores,adeò q̃ possit iuſo firmari,patet, quia non habet perpetuam causam prohibitionis, quia in multis casib.valet dicta donatio, vt no.in c.fi.de do.inter vir.ergo cum non hẽat perpetuã causam prohibitionis,potest iuſo cõfirmari,vt no.
9 gl.& Doct.in d.c.cum contingat. Pro hoc bene facit, † quod notanter dixit Bal.in l.pactum,in 19. q. C. de col. & in rub. C.de cond.ob tur.causam,vbi voluit aliquid dici posse cõtra bonos mores pluribus modis,vno modo,quia contra ius naturale, vt si quis iurat non alere parentes, alio modo dr̃ esse contra bonos mores,eo quia factum de se est turpe,vt si quis iurat occidere hominem,& istis casib.iuramentum non valdat actum,l.iuris gentium,§.& generaliter,ff.de pac.&c.cum quidam,de iureiu.quandoque & tertiò dr̃ quid contra bonos mores iuris artificio ut quia ius sic disponit, tale quid esse contra bonos mores,vel & ex eo quod aliquid prohibetur a iure,vt quia lex dicit,q̃ pactum de non succedendo sit improbatum,& tunc tale pactum potest quodammodo dici contra bonos mores ex iuris artificio,& ideo de iure ciuili non firmaretur iuramento, l.non dubium, C. de legi. sed de iure canonico, quod respexit fauorẽ religionis, & ipsius iuramenti,est secus,vt in d.c. quamuis,& idem vr̃ declarãdo velle Bal.in l.pacta quæ contra in prin.C.de pac.& quod ipse notat in l.nõ dubium in 17.op. C.de leg. Vnde in propo-

sito

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

sito posito ꝙ lex ciuilis diuisset, talem donationem esse cõtra bonos mores, non sequitur, ergo nõ confirmatur iusto, quia cum non esset contra bonos mores: eo quia esset contra ius naturale, vel eo quia esset in se quid turpe, sed tantummodo posset dici esse cõtra bonos mores iuris ciuilis artificio, ideo dispositio iuris canonici dispones super obseruantia religionis iuri hoc non attendit, vt est superius dictum. Præterea dico, quod non reperitur iure cautum, ꝙ talis donatio sit contra bonos mores, ẽt de iure ciuili, nec ob. d. l. 1. de do. int. vi. & vxo. quia ibi non dr̃, quòd sit contra bonos mores, sed ꝙ morib. prohibetur do. inter virum, i. iure ciuili, vt ibi exponit gl. & sic accipitur ẽt in l. 1. ff. ad Vellei. & in l. 2. in prin. ff. de vul. & pup. & cum hac rõsione trãsit Imo. & bene in d.c. cum cõtingat. & ibi ẽt rñdet plenè quibusdam aliis rõnibus, quæ in partem contrariã possent allegari, quæ breuitatis causa omitto, ad eum me in hoc referens, & sic concludo, d. do
10 nationem tenuisse. Et per prædicta clara † patet rñsio ad allegata in contrarium, quia ista est propriè donatio inter viuos, & valida. Præterea posito, ꝙ donatio à principio non tenuisset, sed tm̃ fuisset morte confirmata, tunc dico, ꝙ adhuc non possent agere creditores cõtra eam, sed contra hr̃des vniuersales tm̃. l. quoties, cum vulg. C. de hæred. inst. & si hæreditas non esset soluendo, adhuc teneretur hodie hæres insolidũ, si inuentarium non fecisset, creditorib. legatarijs, & donatarijs eadem rõne. s. pro donationib. ẽt morte cõfirmatis, in aut. sed cum testõr. in fi. C. ad l. Falc. & in corpore vnde sumitur, si verò fecisset inuentarium hæres donantis, tunc si diceremus d. donationem non valuisse, nisi tanquam confirmatam morte, esset verum, quòd deberẽt in dictis reb. donatis vxori præferri creditores pro ea portione, pro qua hr̃ditas nõ esset soluendo, d. l. si debitor, de do. cau. mor. d. auth. sed cum testator, sed reuera d. donatio à principio valuit, vt dixi, ideo concludo vt supra ꝙ d. Anastasia non tenetur creditoribus, & si tm̃ repeteretur aliquis creditor hãs hypothecata bona donata d. Anastasiæ, illa posset vendicare facta prius excussione, & si bona prędicta donata a creditorib. euincerentur, habet regressum mulier contra hæredes donantis, vt latius fuit superius declaratum. Modo † ad fm̃ dubium cõdescendo, in quo
11 quæritur, an Matthæus prædictus institutus hæres possit detrahere Falcidiam de donatione facta Anastasiæ, non obstante donatione facta ipsi Matthæo. Et vr̃ primò dicendum ꝙ sic, & quòd locus sit detractioni Falcidię in donatione facta inter virum & vxorem constante matrimonio. vr̃ casus in l. donationibus, C. ad leg. Fal. & l. cum hic status, in prin. ff. de don. inter vi. facit. C. de do. cau. mor. l. Seia cum bonis. Et saltem vr̃, ꝙ quantum est pro vsufructu rerum donatarum retento vsque in tempus mortis donantis debeat detrahi Falcidia, cum saltem quantum ad dictum vsumfructum censeatur fuisse donatio causa mortis, cum fuerit in dicta donatione facta mentio mortis, vt patet in dicto instro ibi. Sed voluit post mortem ipsius Paulini donatoris ipso Paulino mor
12 tuo vtrunque cõsolidari &c. † Quo casu stat doctrina, ꝙ vbi sit mentio mortis in donatione, censeatur regulariter donatio causa mortis. l. Seia. ff. de dote præle. & ibi not. & l. Seia cum bonis in prin. ff. de dona. cau. mor. & no. gl. & Doct. in l. mortis causa, §. Titia chirographa, eo. ti. & no. Doc. in l. fin. C. de pac. post gl. & Bar. & Doc. in l. quæ dotis. ff. sol. mat. & Cy. & Bal. post Per. in l. 2. C. de iur. do. & glo. in l. apud Celsum, §. 1. ff. de doli exce. & Bal. in l. si mortis, & in l. in donationib. C. ad l. Falc. Sed certum est, ꝙ de donationibus causa mortis detrahitur Falcidia, vt l. 1. §. si quis mortis. ff. quor. le. & d. l. si mortis, & i. pe. C. ad l. Falc. cum alijs præall. & etiam de vsufructu Falcidia detrahitur l. 1. §. si vsusfructus, & l. si vsusfructus legatus. ff. ad l. Fal. & l. vsusfructus ab initio, ff. de vsufruc. nec donatio facta Matthæo vr̃ in pedure dictam deductionem Falcidiæ, cum tatum in Falcidiam imputatur id, quod iure hæreditario habetur, l. quòd aũ, & l. id aũt, & l. in quartam. ff. ad l. Fal. & l. pater plurium, in prin. eo. ti. Sed his nõ
obstantibus arbitror veritatem esse in contrarium. & hoc posito, etiam ꝙ hæres Paulini fecerit inuentariũ, quia alias priuatur Falcidia per dictam auth. sed cum testator, & præsupposito ꝙ dicta donatio facta inter viuos valuit à principio authoritate religionis iuramenti, vt in primo dubio fuit ostensum quoad proprietatem, & idem dico quoad vsumfructũ, scilicet, quod censetur donatio inter viuos, vt statim dicam,

13 † tũ est donatio inter viuos facta inter virum & vxorem constante matrimonio, & teneat, clarũ est, ꝙ non detrahitur Falcidia, vt est casus i l. vsusfructus legatus, §. dos legata, n & ibi
n no. ff. ad l. Fal. Nec obstant iura in contrarium, quia loquuntur in donationib. causa mortis seu quæ morte cõfirmabantur, & a principio non erant irreuocabiliter validæ. Et similiter non obstat, ꝙ saltem de vsufructu debeat detrahi Falcidia, quasi quoad illum fuerit donatio causa mortis, quia rñ-
14 deo, † quòd imò fuit donatio inter viuos o quod patet, quia
o donator promisit nullo casu reuocare, vel contrauenire, & ideo tunc licet fiat mẽtio mortis dicitur donatio inter viuos, & non detrahitur Falcidia, vt est casus in l. vbi ita donatum. ff. de dona. c. mor. nec aggredior materiam, an de mortis causa capione detrahatur Falcidia, quia non sumus in terminis illis. Secũdo rñdeo, ꝙ alia rõne vr̃ dici posse, ꝙ quoad vsumfructum ẽt non fuerit donatio causa mortis, & per l. nam si
cum moriar. & quod ibi no. Bar. ff. de condi. ind. quia licèt differatur exequutio contractus in ips mortis contrahentis, b
tm̃ si ex aliqua causa constat, ꝙ noluit mortis causa donare, licèt facta fuerit mentio mortis, non censebitur donatio causa mortis, sed solutio, seu exequutio intelligetur tm̃ dilata in tẽpus mortis, vt ibi habetur, sed ita est, ꝙ d. Paulinus voluit inter viuos donare, vt expresse dñt verba instrumenti, & supra proximè ostendi, ergo adiectio tpis mortis tantummodo importat, ꝙ tm̃ exequutio ipsius donationis intelligatur reseruata ad tempus mortis donantis quoad vsumfructum.
15 Alia † ratione possumus dicere, ꝙ non fuit donatio cã mortis quoad vsumfructum, quia d. Anastasia stipulata fuit pro se, & suis hæredib. & ita fuit sibi facta donatio pro se & eius hæredibus, quo casu licet sit facta mentio mortis, cẽsetur donatio inter viuos. ita notanter firmauit & declarauit Bal. in d. l. 2. C. de iure do. Et ex prædictis cõcludo Falcidię locum non esse in casu proposito. Restat, vt super vltimo dubio q. d.
16 iuris sit discutiamus, videlicet an Paulinus † videatur fecisse
p dictam donationem Anastasiæ aio compensandi. Cum dote, quam confessus fuerat habuisse noie d. Anastasię ante contractum matrimonium. Et vr̃ primo loco dicendum ꝙ sic, per tex. in aut. præterea. C. vnde uir & vxor. per l. si cum dotem, §. si pater. ff. sol. mat. & in simili possent plura iura & rõnes adduci, sed quia rñsiones essent claræ, ideo prętermitto. Et breuiter dico, ueram decisionem esse in contrarium, quia vbicunque aliquis est debitor ex contractu, & ex causa à principio voluntaria, ut est maritus in debito ex causa dotis, si talis debitor postea aliquam liberalitatem conferat in creditorem, non censetur fecisse aio compensandi, sed aio donandi, bonus est casus in proposito in l. 1. §. sciendum, C. de rei ux. ac. l. creditorem. ff. de leg. 2. l. creditor. C. de leg. Et tanto fortius in casu nro, in quo tpe donationis donans adhuc
non erat debitor cum effectu ipsius donatariæ cõstante matrimonio. l. in rebus. §. omnis, cum infinitis conc. C. de iure
do. quo casu tunc nunq̃ præsumitur aius compensandi, ut colligitur ex glo. no. in d. l. si cum dotem. §. si pater, in verbo accepit. in fi. Facit ad prædicta, quod no. Bar. & Doc. post gl. in l. fi. C. de dot. promi. ubi diciturr, quod extraneus debitor mulieris, si dat pecuniam pro dote mulieris, cuius est debitor, non vr̃ dedisse animo compẽsandi in debitum, sed aio donandi. Et posito ꝙ isto casu, de quo quæritur ius præsumeret aium compensandi, tm̃ illud nunq̃ pót hãc locum in quæstione nostra, cum Paulinus fuerit debitor in quantitate
17 pecunię & donatio fuerit facta in reb. immobilib. cũ de specie ad quantitatem non procedat compensatio, l. si conuenerit. ff. de pig. ac. & ita notanter determinauit Bar. in l. hmõi. §. cum pater. ff. de l. 1. dicens, ita debere intelligi tex. in l. si pater pro filia. ff. de col. do. & idem Bald. in l. si uxor. C. de bo. auth. iud. pos. & in l. Neſenn. ff. de neg. gel. & in l. qm̃ in prio rib. C. de inof. test. per l. planè vers. sed si non corpus. ff. de l. 2. & per l. si alij. §. rerum. ff. de vsufr. cum si. Et idẽ voluit Bal.
18 in l. filia legatorum. C. de l. in 4. q. Et † ibi in fi. subdit vnum, quod est ponderandum in proposito, ꝙ ubi alias ius præsumit animum compensandi, tm̃ illud fallit, ubi relinquitur, vel conceditur ex causa expressa & diuersa à debito, quoniam
q tũc q utrunque debetur, quia diuersa rõ diuersum parit effectũ l. Seio. §. uxori. ff. de ann. lega. & quod notatur in l. quinquaginta. ff. de prob. Sed ita est, ꝙ in instro donationis fuit expressa causa merę liberalitatis, & donationis, quę causa est

diuersa

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

diuersa a causa debiti ipsius dotis, erga &c. possent etiam ad prædicta adduci nota. plenè per Bal. & Doc. in d. auth. præterea, & in d. §. si pater. sed quia decisio est clara, & non expedit, ideo vlterius me non extendo. Et per suprascripta patet euidens responsio ad allega. in contrarium, quia illa loquuntur, quando debitum semper & à principio fuit ex causa necessaria, vt ex dispositione legali. item loquuntur quando id, quod donabatur vel relinquebatur, erat tale, quod reciperet compensationem cum debito, quòd secus est in casu nostro, vt superius est ostensum & per consequens concludo compensationem factam non esse. Ale. Bononiæ legens.

ADDITIONES.

a Viso instrumento.] Andreas Tiraq. in trac. const. poss. in 1.p.n.49.ver. hinc etiam. Alb. con. 4. Gab. Rom li. 2. recep. sent. reg. 6. sub ti. de iureiu.

b Per quam retentionem.] Boerius dec. 172. & dico. n. 12. & seq. post Alex. hic, & consi. 156. hoc lib. 6.

c Creditores eam.] Relicta in vltima voluntate non soluuntur, nisi dedacto ære alieno, l. si vniuersæ, C. de le. l. 1. §. si is, qui 400. ff. ad Trebell. Sic nec donatio causa mortis, quæ instar habet legatorum, d. l. & si debitor, ideo non oportet, quod appareat de fraude donantis causa mortis, quia sufficiat fraus re ipsa, gl. no. ad l. patronum, ff. de prob. Nat.

d Sed hoc.] Alb. consi. 4. in 2. d. Idem approbat Paul. Parisius consi. 33. nu. 31. volum. 3.

e ¶ Iuramenti, supra lib. 2. consi. 8. nu. 3. consi. 157.

f Virtute iuramenti in dicta donat. appositi.] Sequitur eum declarationib. ad Alexand. hic traditis, Paulus Par. consi. 86. num. 19. & 48. cum seq. volum. 3.

g C. de reuocand.] Istud idem tenet Guido Papæ q. 105. vbi limitat, not. nisi donans sit non soluendo, vel hæredem non habeat. Et de prædictis latissimè Dec. consi. 237. facit Alex. ad l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebel. col. 1. quod actio per onalis sequatur singularem successorem in subsidium. Sed aduertas, quia debet tunc creditor aduersus donatarium, seu alium, in quem bona fuerint alienata, agere reuocatoria excussis bonis principalis debitoris, vt Alex. sentit infra col. seq. & no. in §. item si quis in fraudem. Inst. de actio. Et in subsidium non agitur contra eum, qui habet ex titulo oneroso, Paul. Castren. consi. 468. in fi. lib. 1. Nat.

h Constante matrimonio.] Docui consi. 8. lib. 2.

i Hanc opinionem.] Eandem opinionem sequitur Areti. dicens esse communem consi. 74. Sequens præcipuè dictum Inn. ad d. c. cum contingat, & late scribit Dec. consi. 202. & idem Dec. post Iaf. ad l. pacta, quæ contra, C. de pact. Alex. ad l. si donatione, col. 1. C. de collat. Areti. ad l. placet, ff. de acquir. hæred. Iaf. consi. 118. lib. 4. Et donatio coniugum iuxta non valet, nisi is, cui donatur, superuixerit, l. a marito. C. de dona. inter vir. & vxo. per quam legem ita scribit Dec. consi. 240. Nat.

K Istud idem.] Decius consi. 639. visa, col. 2. Alienatio. Alia loco supra citato.

l ¶ Validetur.] Imo vt dixi supra lib. 1. consi. 27. & sæpius.

m Quæ donatio.] Ant. Gab. Rom. lib. 3. recep. sent. reg. 3. sub ti. de donat.

n Paragrapho, dos legata.] In quo tex. etiam habetur de dote legata non detrahi falcidiam, quod intelligit ibi Alex. si de ea constat aliter, quam ex testamento. Nat.

o ¶ Viuos.] supra lib. 1. consi. 14.

p ¶ Compensandi, Aymo, consi. 219. vt supra lib. 2. consi. 12. infra eo. consi. 19. num. 13.

q Quoniam tunc.] Nota dictum Baldi, pro quo facit, quia licet pater, qui promisit dotem, legando dotem videatur legare animo compensandi, l. Titia, §. qui in vna, ff. de l. 2. d. l. huiusmodi, §. cum pater, & d. l. si cum dotem. §. si pater, tamen istud fallit, vbi pater legasset, non contemplatione dotis, quia filia dotem, & legatum consequitur, ita Bar. qui ita intelligit illum tex. ad l. si pater, ff. de colla. Nat.

SVMMARIVM.

1 *De facto si quid seruetur habetur ac si de iure.*

4 *Contractus intelligitur fieri secundum consuetudinem, & obseruantiam, nu. 5. quam non requiritur esse præscriptam. nu. 7.*

6 *Consuetudo irrationabilis excusat à pœna.*

CONSILIVM VIII.

16 similes, in prin. cum ibi no. per gl. de leg. 2. & l. cum pater. §. donationis, & l. fi. in prin. eod. tit. cum gl. C. de cod. † & sicut si notarius rogatus scripsisset, ꝙ talis testator disponebat, put in tali schedula manu testatoris continebatur, valeret iste actus, ut testū, si interuenerit legitimus numerus testiū, constito ꝙ illa scripta, seu schedula esset manu testatoris per cōparationem literarum, vt l. si ita scripsero, & ibi hoc no. Bart. & Bal. & Mod. ff. de condi. & demon. l. quem hæredem. & ibi no. ff. de reb. dub. & no. Bar. & alij in l. fi. C. de fideicom. & Bal. no. in l. captatorias. C. de testa. mili. & Io. de Imo. in l. illa institutio, de hær. insti. & in c. cum tibi, de test. ita si notarius scribit manu sua, & attestatur, ꝙ ea, quæ sunt suprascripta, fuerunt acta per dictum testatorem, prout ibi continetur, vr, ꝙ valere debeant, licet nō sint scripta omnia manu notarij, sed testatoris, per ea quæ habentur in dictis iuribus, cum sit eadem ratio, ergo debet esse eadem iuris dispositio. l. à Titio. ff.
17 de ver. obli. l. illud. ad leg. Aquil. † Ad prædicta etiam benefacit, quod no. Pau. de Cast. in l. si is. ff. de test. ubi dixit, ꝙ si inter imbreuiaturas notarij reperitur aliqua schedula continens testm, & nomen testium, & non posita ad librum ordinarium notarij, & quæratur, an debeat publicari, si mortuus est notarius, & concludit, ꝙ si ibi contineatur de manu notarij, actum tali die, præsumitur, ꝙ fuerit lecta, & publicata coram testibus, quia illud uerbum, actum, significat rem perfectam. allegat no. per Bal. in auth. quod sine. & sic debebit publicari, sed si non contineret illa uerba, præsumitur non fuisse lecta, & sic non debebit publicari, quia de voluntate imperfecta non debet confici instrumentum, secundùm eum. & sic videtur velle Pau. de Cast. ꝙ absque alia subscriptione valeat illa imbreuiatura, prout dixi sup. in 1. argumento.

18 †Septimò est attendēdum, ꝙ probari pōt (ut dicitur) per unum ex testibus testī, qui adhuc viuit, qualiter de illo testō fuit rogatus dictus notarius, & idem probabitur per ꝺo. Peregrinam. unde licet isti duo testes nó essent aliàs idonei ad probandum testm, tñ iuuant ad purgandam suspicionem, si qua resultaret ex superius dictis, per id, quod no. Spe. in d. §. restat. in prin. bene facit, quod no. Cy. & alij in d. l. errore. C.
19 de test. cū concor. ubi dicunt † ꝙ error notarii commissus in scriptura testī poterit probari per duos testes, licèt testm requirat ad sui essentiam septem testes, ergo poterit probari ꝑ
t duos ᵗ testes, ꝙ ille notarius errauit scribendo testm non totum manu sua, sed coniunctum cum scriptura testatoris, habente illas cancellationes, cum debuerit scribere totum per se, & sine cancellatione aliqua, præsertim cum concurrant illæ aliæ coniecturæ, s. ꝙ dict. Nicolaus, & Lucretia erant tunc mortui, prout supra deduxi, quia ex multis coniecturis resultat una plena probatio, iux. no. per gl. no. in l. 2. in prin. & ibi Doct. de excu. tu. c. cum causam de proba. cum concor. ibi allegatis in gl. Nec istis obst. si dr, ꝙ D. Peregrina non pōt testificari, quia est legataria, nam testator voluit eam uestiri, &
20 velari expensis suæ hæreditatis, † quia rñdeo, ꝙ ꝫm magis com. opi. qñ qō est inter hæredem scriptum, & uenientē ab intestato, legatarius potest esse testis in testō, ut plenè no. per Bar. & Doct. post gl. in l. qui testō. in prin. de test. & per gl. & Doct. in l. omnibus. C. de testi. & in l. nullus. ff. de test. & per Cano. in c. insuper de testi. & per Doc. in l. dictantibus. C. de test. cū sim. & maximè, quia ēt do. Peregrina absque legato
u erat vestienda, u & uelanda tpe obitus mariti, saltē ex consuetudine regionis, ut no. Ang. & Imo. in l. sed si vlusfructus. §. dos legata. ad leg. Fal. & in l. sed ex re. §. fi. ff. de sti. ser. & q̄dam alia sunt ei relicta, in quib. ipsa erat creditrix, & sic absque legato potuisset ea consequi, ideo non proprie pōt dici legataria in eis. l. si creditori. de leg. 1. Octauò contra dictum Calonicum est manifesta assertio sua in instrō absolutionis p̄dictæ, in quo continetur, ꝙ habuit & recepit à d. Franc. de Calonicis. li. 300. Bon. in quib. tenebat ei d. Fran. occasione testī d. Io. rogati p̄ d. ser Lud. de Tamarijs, & in fi. instrī iurat oīa prædicta fuisse, & esse uera, & talis assertio fidem facit inter eas personas, inter quas confectū est instrm. l. optimam. C. de ꝺhen. & cōm. stip. plus ēt dr in dicto instrō, q̄ iurauit ꝫ prædicta, uel aliqđ prædictorum, non dicere, facere, uel uenire, &c. quo casu non pōt dici, nec allegari per d. Calonicū, ꝙ ipse ignorauerit d. testm esse uitiatū, uel suspectū, & posse impugnari, & sic iurm non trahitur ad incognita. l. fin. C. de non nu. pec. & l. fi. qui satisf. cog. c. cū inter P. de renunc. quia rñdeo, ꝙ hoc allegare non pōt, cū uideatur saltem in gñe cogitasse, ꝙ ꝫ ea, quæ ipse Calonicus asseuerat, nihil diceret, nec faceret, & per consequens iurauit, ꝙ non diceret, nec faceret ꝫ illud quod iam affirmauerat, s. ser Io. decessisse cum testō, quo casu excluditur à remedio, quod in specie ignorauit

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

sibi cõpetere, sicut si sciuisset. hoc ꝓbat ꝙ ea, quæ no. voluit Bar. in l. 2. C. de resc. ven. vbi dixit, ꝙ qñ minor iurauit nõ ve
x nire x ꝺ cõtractũ, excludit à veniendo ꝺ contractũ, & ꝙ reme dia, q̃ ignorabat sibi cõpetere, puta per remediũ restõnis in integ. vt quia ignorabat se læsum, & sibi cõpetere beneficiũ restõnis, per l. 1. & auth. sacram. si aduer. ven. & nñdet ad il-
21 lud, qđ dr̃ † ꝙ iurm̃ non extenditur ad incognita: quia illud est verũ, qñ non est cogitatum in specie, nec in gñe, secus si saltẽ cogitatũ fuit gñaliter, per l. sub prætextu. la 2. & qđ ibi no. Doct. C. de transl. Sed qñ quis iurat super facto, vr̃ iurare super oĩ iure descendente ex illo facto. l. duob. §. si quis iurauerit. ff. de iureiu. & ita ẽt tenent Bar. Ang. Raph. & Ludo. Ro. in l. sciendũ. de ver. obl. & Bar. Ful. & Pau. de Cast. in l. fi. duo patroni. §. idẽ Iul. ff. de iureiu. ꝑ illũ tex. & Bar. Ang. Pau. de Cas. in d. auth. sacra. & Arch. & Io. And. in c. 2. de pact. in 6. & refert & sequit Bald. in l. 1. in fi. C. de reb. cre. & Ang. in d. l. 2. C. de rescin. vend. & l. qui iure militari. de testa. mili. & Ant. de Bu. in c. si diligẽti. de so. cõpe. in ver. fallit primo. Pau. de Cast. in l. fi. §. fin. ff. ad Velle. bñ facit tex. in c. ex rescripto.
22 de iureiu. † vbi iurm̃ interpositũ super obl'one mulieris excludit ipsã mulierẽ a bñficio Senatusc. Velle. absq; aliqua certioratione, & sufficit, ꝙ iuraverit non ꝺuenire, & præsertim, cũ d. Calonicus iurando promiserit non ꝺuenire non solum per beneficiũ concessum minoribus, sed ẽt per beneficia cõcessa de iure cõi quibuscũq;, vt patet in fi. dicti instr̃i, in ver. de iure cõi. hoc dico ꝑ ꝑ no. per gl. in l. 2. C. de resc. ven. & in
y c. pen. de emp. & ven. Quinimò y fm Pet. vt refert Cy. in d. l. 2. in 6 q. & sequitur ibi Sal. & ẽt Ang. in d. auth. sacram. cum iurm̃ præstitum à minore simpliciter videatur præstitum ad excludendum eum, nedum à beneficijs concessis ipsis minoribus, sed ẽt maiorib. vt ibi probat per plures rõnes, licet aliter voluerit gl. in d. c. pe. per ea quæ no. gl. in d. l. 2. & in d. c. pe. probatur illud, qđ dixi, quod vr̃ in gñe cogitatum: nam il læ gl. volunt, ꝙ maior vendens rem minus dimidia iusti pretij, si iurat non venire ꝺ, non poterit vti remedio. d. l. 2. & tñ hoc intelligitur, qñ maior ignorabat sibi competere illud beneficium, vt quia ignorabat rem esse venditam minus dimidia iusti pretij, nam si sciuisset, tunc ẽt sine iurꝺ non haberet locum remedium illius. l. 2. vt firmat Bar. & cõiter oẽs ibi, & Spe. in tit. de emp. & ven. §. nunc dicendum restat. uer. quid si aliquis scienter, per l. 1. C. si maior fac. per l. quæritur. §. si vẽditor. de ædil. edic. & hoc tanto magis procedit in casu nr̃o
23 quia dicto instr̃o absolutionis continetur ꝙ d. Calonicus prædicta dixit, & † fecit ex certa scientia, quæ verba operantur, vt non possit opponi exceptio erroris, vt inquit Bar. in l. sed & si quis. §. fi. per illum tex. ff. si quis cau. adeo ꝙ tunc nõ sufficeret probare rem aliter se habere, ut ibi dicit Angel. & Ful: & bene: quia aliàs ista uerba nihil operarẽtur. & no. Bar. in l. si dari. ff. de verb. obli. & in l. fi. §. idem quæsijt. de condi. inde. & Bal. in rub. C. de confes. & in l. mater. C. de rei uen. & in l. 2. in 7. q. C. de rescin. ven. ergo si vr̃ saltem in gñe cogitasse de modis & remedijs, quæ competere possent ad dicendum dictum testatorem non decessisse cum testõ, & ad impugnandum dictum testm̃, vr̃, ꝙ non possit amplius illud impugnare: cum intelligatur illud approbasse. l. licet cum gl. C. ad leg. Cor. de fal. l. fi. ff. de inoff. test. & no. Bar. in l. post legatum. in princ. ff. de his quib. ut indig. & maximè ꝑ ꝑ illa verba ex certa scientia, quæ plurimum operantur ad tollendum obiectionem erroris, vt dixi: & istud meo iudicio rebus stantibus, prout stant, sufficeret per se solum pro victoria huius causæ. habebit ergo seruare dictum iurm̃ dictus Calonicus, per prædicta: maximè cum seruari possit sine interitu salutis æternæ, iuxta regulam canonistarum positam in c. si verò. & in c. cum contingat. de iureiu. Postremò hoc comprobatur: quia verbo fertur, ꝙ interrogationes eiusdem notarij sunt aliæ vltimæ voluntates, partim manu testatoris, & par-
24 tim manu notarij, prout ẽt ista, † vnde in istis attendendus est stylus, & consuetudo notarij, vt no. Bald. in l. 1. C. de emen. iusti. c, & Sal. in l. contractos. de fide instru. in 6. q. & Spe. de instru. edi. §. ostenso. uer. quid si abbreuiatura. arg. l. qui semisses. ff. de vsur. l. uel uniuersorum. de pig. act. pro hoc optima gl. in auth. ad hæc. C. de fi. instr. in uerb. testimonium. dum gl. dicit, uel eo ipso, ꝙ talia erant signa in ea, qualia fieri solent manu notarij commentariensis. Et licèt ex prædictis
25 satis euidens appareat responsio † ad allegata in contrarium: tñ magis specialiter respondendo dico, ꝙ non obstat, ꝙ scriptura sit manu diuersarum personarum, & sic vr̃ suspecta: quia responderi põt multipliciter primò ꝙ illud sit uerum, qñ notarius attestaretur se totum scripsisse, & appareat esse de diuersa manu, ut probatur in c. inter dilectos. & ibi hoc notant Doct. extra de fide instrum. ubi dicit ibi Ant. de But. quem ẽt ibi sequitur Io. de Imo. ꝙ per illum tex. à ꝺrio sensu probatur, ꝙ vbi notarius attestaretur, ꝙ scriptura esset de alia manu, non redderetur suspecta: sed paria sunt notarium in fine instrumenti aliquid attestari circa additiones, & cancellationes instrumenti vel similia, vel illud ex inspectione euidenter apparere, ut no. Bar. in l. fi. de edic. di. Adri. tollen. per ibi no. per glos. in verb. prima figura. res enim quæ de se euidenter patet, non eget alia attestatione. l. 1. in fi. ff. de dote præleg. l. cum seruo. §. 1. ff. de cont. emp. ergo cum euidenter appareat, ut præsupponit, ꝙ illa scriptura ẽt de diuersa manu; quia vna de manu testatoris, alia de manu notarij, nõ fuit necessarium testimonium notarij, præsertim cum illa, quæ est de manu testatoris, sit in medio scripturæ ipsius notarij, & sic non potest dici, ꝙ fuerit additum per alium, postquam
26 notarius fuit rogatus de actu. † redderetur ẽt suspecta scriptura ꝑ ꝑ diuersitatem manus quando appareret, ꝙ scriptura fuisset rasa, uel cancellata, & supra rasuram uel cãcellationem esset alia manu scriptum: nam ista redderent scripturam suspectam, ita loquitur gl. in d. l. fin. in uer. prima figura. & ibi Doct. in c. cum uenerabilis. & Bald. in d. l. si vnus, & Ant. de But. in d. c. ex literis. uel si esset in margine, ut dicit Bal. in d. l. nostram. Vel potest responderi, ꝙ scriptura redditur suspecta. s. in ea parte, quæ est scripta de alia manu, quàm notarij: quia quando defectus non est circa ea, quæ concernunt substantiam totius instrumenti, ut quia non est circa diem, uel indictionem, & similia, non redduntur per hoc suspectę reliquæ partes instrumenti, ut probaui sup. in secundo argumento adducto pro ualiditate testamenti, & scripturæ. Vel potest responderi, ꝙ ueritas fuit, ꝙ omnia illa processerunt de uoluntate testatoris, quæ sunt ibi scripta, & ꝙ de omnib. ibi scriptis fuit rogatus notarius, adeò ꝙ ser Ioannes decessit testatus; ut probatur ex confessione propria dicti Calonici facta ex certa scientia, de qua in instrumento dictæ absolutionis, ut plenè deduxi in 8. arg. adducto ꝺ Calonicum, &
27 ista ultima responsio potest adduci pro responsione ad omnia argumenta in contrarium adducta. † Non obst. quod secundò dicebatur, cancellationes reddere suspectam scripturam: quia respondeo, ꝙ illæ cancellationes, quę sunt circa relicta particularia, non reddunt suspectam institutionem uniuersalem, de qua quæritur, & satis est, ꝙ illa ualeat, uel præsumunt factæ ille cancellationes de uoluntate testatoris, præsertim cùm accedant præsumptiones, & coniecturæ, de quibus supra dixi. has rationes, & alias plures deduxi, & probaui supra in 2. 3. 4. 6. 7. & ultimo argumentis, & ita intelligitur, qđ
28 no. Bar. in l. 2. §. 2. ff. quemadm. testam. ape. Et eodem modo appareret responsum ad tertium argumentum, dum dicebatur, ꝙ reperiebatur in dicta nota aliquid in margine scriptũ quia dato, ꝙ scriptura in eo, qđ esset scriptum in margine, redderetur suspecta, nõ tñ in alijs, uel dato ꝙ opinio Io. And. in d. §. ostento. procedat, dum vult, ꝙ non debeat attendi illud, quod est in margine scriptum: quia non ualeat, cum non habeat diem & solennitatem instrumenti, quando neque Io.
✠ And. neq; alij dr̃, ꝙ ex hoc uitietur instrm̃. quinimò * dixit Bal. in l. Labeo. §. 1. ff. de pac. & in rub. C. de fide instr. in uer. modo hic incidit qõ. & in l. nostram. C. de testam. ꝙ si appareat, ꝙ additiones factæ in margine sunt manu notarij, ualebit; quia intelligitur habere diem, & solemnitates instr̃i, per l. si quis ex argẽtarijs. §. si initium. ff. de eden. ualeat ergo, uel non ualeat illud, quod est additum in margine, de hoc non curat hæres institutus, satis est, ꝙ tenent omnes, ꝙ per illud non uitiantur reliqua, ut ẽt firmat Bal. in l. ea quæ. C. commi.
29 uel epi. † Non obst. quartum argumentum, dum dicebatur, ꝙ testamentum debet esse scriptum manu notarij tam de iure cõi, quàm ex forma statutõ, saltem quoad substantiam ipsius testamenti, quoad annum, mensem, diem, locum, & testes: quia respondeo, quòd scriptura habet de manu notarij diem, annum, mensem, locum, & testes, & etiam substantialia ipsius testamenti. s. institutiones hæredum, & etiam clausulam codicillarem, ergo saltem quoad ea, quæ sunt ibi scri-

pta

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

30 pta manu tabellionis, debet valere scriptura testamēti, † item respondeo, quòd licet scriptura testamenti nō sit scripta manu notarij, si tñ habet subscriptionem, vel subnotationē manu notarij eo modo, quo habet ista, sufficit, vt probaui supra in 5. arg. pro quo vltra ibi allegata facit, quòd ille, qui se subscribit instro, vr̃ totū instr̄m scripsisse. ita inquit Bal. in auth. contra qui propriam. C. de non nume. pec. allegat tex. in l. cū antiquitas. §. fi. C. de testa. & no. Ang. & Io. de Imo. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de verb. obl. facit, quod no. Bar. in l. emptor. §. Lucius. per illum tex. ff. de pact. & hoc expresse tenuit D. Card. in c. cum P. tabel. de fid. instr. quem refert & sequitur D. Abb. Moder. in c. inter dilectos, eod. ti. volentes,
* ꝙ licet notarius de actu rogatus * non scripserit notam per se, sed per alium, valeat, vt ꝓbatur in d. c. inter dilectos, à contrario sensu, dum tex. ibi vult, quòd scriptura ibi reddatur suspecta, quia instrumentum erat de manu alterius, q̄ esset subscriptio notarij, & notarius in subscriptione asserebat instr̄m esse scriptum manu sua, ergo à contrario sensu si notarius non ita asseruisset, innuit ꝙ non vitiaretur. pro hoc etiam allegant tex. 12. q. 2. cum redemptor. & tex. in §. his, in auth. de instru. cau. & fide. & pro hoc adducūt rōnem: quia industria tabellionis non eligitur in scribendo, sed vt det fidem gestis, quam satis præstat in se subscribendo: & respondet ad §. nos aūt. in auth. de tabel. ꝙ considerata mente illius tex. potius facit pro ista opin. quam contra, nam emanauit ibi illa prouisio. quia ille qui rogabatur, non audiebat verba contrahentium, sed alij committebat, & ipse postea se subscribebat, secus ergo si ipse rogatus fuit pręsens, & postea scribat per alium, & in fine se subscribat, vt in capit. mulieres. de sent. excommun. & in regula, qui per alium. de regul. iur. in 6. & ita ēt vr̃ tenere d. Car. in cap. fi. de off. dele. & Pe. de An-
z cha. in cons. 240. sup. relato in 5. arg. Nō obst. quintum z arg. scilicet ꝙ scriptura notarij ut fidem faciat, debeat esse subscripta: quia rñdeo, ꝙ statutum, de quo sup. prouidet ꝙ iste
31 defectus non vitiat. † Prætereà dato, quòd instr̄m publicum & authenticum sumptum ex protocollo debeat hr̄e subscriptionem notarij, vt loquuntur allegata in contrarium, tñ secus est in ipsa originali nota, vel protocollo, ut probaui sup. in 1. arg. adducto contra Calonicum, & satis est, ꝙ ipsa imbreuiatura reperta sit inter rogationes notarij, & habeat illa verba manu notarij, actum in tali loco coram talibus testib. vt dixi sup. in 6. arg. Vltimò non obst. ꝙ non appareat ex dicta nota testes & notarium non fuisse rogatos, quia rñdeo, ꝙ contrarium apparet ex illis verbis, videlicet, præsentibus ma
32 gistro tali & tali testibus &c. quia † illa dictio &c. importat, ꝙ fuerunt rogati. ita inquit Bal. in l. hac consultissima. in princ. C. de test. cum quo ibi etiam transeunt Mod. arg. l. Gallus. §. 1. cum simi. de lib. & posth. Item cum in dicta scriptura sint dicta verba, actum in tali loco, denotat actum & testamentum fuisse perfectum & publicatum, vt no. Bald. in auth. qđ sine. C. de test. & dixi sup. in 5. & 6. arg. sed ita est, ꝙ vbicunque ex verbis notarij apparet, eum publicasse actum, & scripturam, præsumitur fuisse rogatus de actu, vt firmat Bar. in l. sciendum, de verb. obl. per rationes de quibus ibi per eum, & sequitur eum Ang. ibi in rep. & Ant. de Bu. in c. 1. de fid. instr. quinimò gl. in auth. de tab. post princ. & ibi etiā Iac. de Bel. & Bal. in rub. C. de fid. instr. & Bal. in l. 1. in prin. de hæred. inst. & in l. 1. C. de fid. instr. & iur. hast. fisc. lib. 10. & Ang.
33 in d. auth. de tabe. in prin. volūt † ꝙ notarius in dubio aa pręsumatur rogatus bb nec in hoc opus est disputatione; quia nostro casui contradicit, quòd quando sunt apposita verba importantia publicationem, vt in casu nostro, pręsumatur rogatus. Ex quibus concludo, dictum Calonicum agentem vt hæredem ab intestato obtinere non posse. Ego Alex.

ADDITIONES.

a Visis.] Berous plenè consi. 1. lib. 2. docui cons. 41 libro 1. sed accedat ad maiorem intelligentiam dictorum Alexandri hic, Berous consi. prædicto 1. lib. 2. Carolus Ruinus cons. 159. donatio de qua agitur, col. 4. & seq. lib. 4. And. Gail. lib. 2. pract. obseru. c. 43. ex facto. Rouesc.

b In themate.] Vide aliud consi. Alex. nu. 41. circa prin. lib. 1. vbi aduersus instrumentum consuluit, & aliud consilium contra instrumentum habes, nu. 104. lib. 7. & aliud 153. sup. lib. 2. Nat.

c Quia notarius.] Idem videtur amplecti Ang. cons. 341. super primo dub. vers. Et de his, quæ apud notarios cancellata & deleta reperiuntur vide Ias. cons. 47. in fi. lib. 1. Nat.

d In margine scriptum.] Vide Fel. ad c. 1. col. fi. de fi. instru. & latius ad c. ex litteris. col. 4. col. fi. quo concludit, apostillæ in margine fidem non adhibendam esse, etiam si eiusdem notarij manu sit scripta, præsertim si ignoretur, incontinenti, an ex interuallo fuerit addita. Et latè tenet Ale. ad l. si vnus, C. de testa. vbi optimè discutit, quem sequitur Soc. cons. 277. Visis publico instrumento. col. 5. lib. 2. Et vide Alex. qui tenet oppositum cons. 147. col. 2. lib. 2. & consi. Pe. de Anch relatum infrà per Alex. hoc eo. cōs. vbi etiam additamentum posui. Et quòd apostillæ valeant factæ a notario, secus ab incognito, tenet Pau. Cast. consi. 131 dubium facit, quod pos. lib. 2. Ruin. latè tangit cons. 68. dub. 1. lib. 4. & cons. 215. col. 7. lib. 1. vbi tenet additionem marginalem non probare, quod etiam tenet Rimin. ad d. l. si vnus, & Dec. cons. 599. col. pen. Natta.

e Quartò, quia.] Rubeus declarando consi. 10. col. fin. Rouesc.

f Et primò quia.] Thomas Gramm. decis. 166. nu. 20. vbi plures citat. Dec. cons. 448 In donatione col. fi. Crauetta in cons. 158. col. 3. vbi sequitur & comprobat, & in cons. 216. col. 2. vbi late versatur, & Curtius Iunior de facto consultus consi. 162. Rubeus contradicendo cons. 94. Neuiz. consi. 24. vbi iusto consi. Nata consi. 146 per totum. Purpuratus cons. 581. consului superioribus, col. 1. & per totum vbi declarat dicta Alex. hic, per ea quæ scribit Alex. idem cons. 104. in fine lib. 7. contrariam sententiam sequitur & magis communem asseuerat Paris. consi. 12. nu. 125. vol. 2. sequendo Alex sibi contrarium in hoc consi. 133 nu. 15. lib. 3. & quomodo possit saluari præsens opinio contraria communi, tradit idem Paris. consi 12. nu. 126. dicens, posse procedere concurrentibus coniecturis, de quibus hic, de mente testatoris, qui sua manu testamentum scripserat, & notario tradiderat, prout seipsum declarat, idem Alex. consi. 104. stantibus rebus, in fine, vol. 7. vbi alias coniecturas hanc opinionem adiuuantes recenset. Rouesc.

g ¶Seruari falsum, & contrarium etiam seruatur, Ang. consi. 220 Adhoc vt scriptura, & ipse Alex. sup. lib. 2. consi. 153. nu. 12. Pet. de Anch. consi. 431. incip. Præmissa, cons. 242. inci. Prius viribus.

h Subscriptionem.] Vide hac de re Alex cons 153. vol. 2. Ang. consi. 275. incip. Thema, super quo consilium petitur, & Alex. inf. consi. 190. col. 3. Et quòd subscriptio requiratur, vide Pau. Cast. ad l. hac consultissima, in prin. C. de testa. Natta.

i Cum eius signo.] Quòd requiratur signum, & subscriptio, facit verbum Abb. ad c. cum P. tabellio. de fide instru col 2. dicens, quòd nota facit fidem, si habet omnes solennitates publici instrumēti. Et requiri signum, vult Bal. ad l. Lucius. in fi. ff. de testa. milit. & Dec. consi. 97. dub 2. Petr. de Anch. cons. 431. Præmissa sine allegatio. Quod sine signo notarij prothocollum valeat, censet Car. ad c cum P. tabellio. prænotatum. & ibi refert Feli. ver. 5. quæritur. & Pau. Cas. cons. 292. Quia in puncto dub. 2. lib. 1. Car. cons 133. Ad singula præmissa. col. pe. In oppositum, quòd requiratur subscriptio & signum, Bal. tradit ad rub. C. de fide instru. col. 7. ver. sed hic dubitatur, nunquid tabellio. Sed quod non requiratur, vult Pau. Cast. quem inf. hoc eod. cons. Alex. adducit, col. 5. Feli. ad c. 1. col. 5. de fi. instru. Dicunt aliqui, quòd attenditur consuetudo notarii, an solitus sit scribere, & signare. Bal. ad auth. si quis in aliquo. col. pen. ver. demum est videre. C. de eden. & ponit infrà Alex. col. 7. versic. postremò. Faciunt, quæ scribit Dec. ad l. vt liberis no. 8. C. de colla. quòd consuetudo propria prius inspiciatur, quam communis, quod vult Bal. per ipsum non adductus ad l. si certis annis. col. 3. ver. ego autem dico. C. de pac. Et quòd prothocollum valeat sine signo, & subscriptione, tenet apertè Dec. cons. 447. Cur. Iun. consi. 62. Crau. cons. 158. nu. 7. Et vbi imbreuiatura reperitur penes tertium, requiritur signum, Ruin. consi. 11. col. pen. lib. 3. Et Alex. hic sequitur. Rui. cons. 159. lib. 4. & consi. 144. eo. lib. & late tangit Gram. deci. 106. Hoc etiam non est silentio inuoluendum, quod notarij folium separatum, & filtia (idest cartulæ linea transductæ, & suspensæ) quæ non hēnt subscriptionem, & signum, fidem non faciunt, secundum communem Doctorum sententiam, vt testatur Cagn. ad l. si librarius, num. 36 ff. de reg. iu. Et requiri signum in prothocollo, tenet Anto. Butr. consi. 11. Animaduertendum quòd prothocollum. Item requiri signum, & subscriptionem tenet Ang. consi. 220. dub. 1. lib. 2. Cor. consi 118. placet mihi Petro Philippo. col. 2. idem tenet Bald. consi. 389. Duo instrumenta. in fi. nisi instrumentum adiuuetur comparatione literarum, vel testibus. Idem Bal. consi. 158. Si inuenitur, lib. 2. Et vide Pau. Castren. no. loquentem consil. 307. Ad primum quæsitum videtur dicendum. dub. 1. lib. 1. Et vtrunque requiri vult Alex. consi. 48. col. 1. lib. 7. Et de articulo ponit Deci. ad c. 1. ver. Nonò signum requiritur. col. 5. de fi. instr. Non requiri, signum, cōsultus respondit Franc. Albergot inter cons. Bal nu. 62 punctus talis est. lib. 5. & ibi Bal. sequitur, consi. seq. & Bal. consi 128. Quæritur. lib. 2. & Bal. consil. 32. lib. 1. vbi ponderat, ꝙ notarius vsus fuerat verbo, actum, & adducit no. per Bar. ad l. si ita scrip sero. ff de condi. & dem. Nat.

k Et licet aliquando.] Circa hoc vide scripta per Paris. consi. 27. col. 1. nu. 2. cum seq. vol. 2. & ferè per totum illud consi. vbi opportune versatur circa materiam præsentis consilij, declarando, ampliando, & inferendo, & consi. 28. col. 2. nu. 14. cum seq. eod. vol. vbi notabiliter versatur. Rouesc.

l Et quæratur.] Idem tenet Aret. ad c. in nostra, de testib. Nat.

m ¶Alijs. Cor. consi. 28. lib. 2. Ias cons. 134. in fi. lib. 1. Alb. Bru. cons. 95. Idem Alex. scribit consi. 233. col pen. lib. 6. & facit, quod consuluit Pet. Anch. cons. 24. Visa inquisitione. dub. 2. de teste, qui deponit per propriam scientiam de eo, quod perceperat ex auditu, si aliunde constet de veritate, excusatur a pęna falsi; quia deposuit temerarie, non dolose. sequitur Soc. ad l. si is, qui ducenta. § vtrum circa fi. de rebus dub. Nat.

n ¶Testatoris, infra lib. 7. cons. 104. nu. 6.

o Consilio 240.] Habeo in meo exemplari. 242. Et vide Pet. Anch consil. 431. præmissa sine allegationibus, vbi vult, additiones in margine in parte substantiali reddere instrumentum suspectum, & quòd notario non credatur, qui mutata prima figura per abrasionem, aliam apponit, in loco, maximè vbi est tota substantia quæstionis. Nat.

p * De actu rogatus.] Dixi ad Alexandrum consi. 129. lib. 1. & Osascus plena decisione Pedemontana 57. notarius. Rouesc.

q ¶Subscripta. li. 2. consi. 147. nu. 4.

r ¶Generalis, sup. lib. 2. consi. 147. Deci. cons. 447. in fi.

ſ Dictæ imbreuiaturæ.] Nota, ꝙ Alex. requirit hoc verbum, actum positum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tum in fi. nam in principio positum non denotat actum perfectum, quia potuit apponi à notario cogitante se publicaturum, ita Pari. consi. 27. Notaria assem testamenti. col. 3. lib. 2. Cur. Iun. consi. 162. col. 3. Ang. in tract. de testa. in verbo, factum Pau. Castr. ad l. hac consuetissima. in fi. C. de testa. Soc. consi. 142. Reuerende pater, col. 2. lib. 1. Et licet dictum sit. Actum &c. tamen requiritur, quod coram paribus lectum fuerit, & publicatum. Andr. Sicu. consi. 32. col. 7 lib. 1. Natta.

t Duos. Alex. Iterrore. ad fi. C. de testa. Decius. si librarius, nu. 10. de reg. iur.

u Erat vestienda.] Vide etiam ibi Alex. vbi concludit, ꝙ hæredes mariti tenentur vestire viduales vestimentis vxorem eo casu, quo infra annum non habet ius exigendæ dotis, quod no. Natta.

x Vel venire.] Docui plenè consi. 42. col. fi. lib. 1. Roueſc.

y * Quinimo.] Sequitur Purpuratus hoc fundamẽtũ cõs. 333. col fi. Roueſc.

z Non obstat quinsum.] Ang Berous, consi. 1. lib. 2. Roueſc.

aa Quòd notarius in dubio.] Idem per omnia approbat Card. Parisi. consi. 61. nu. 4. & seq. vol. 3. quod maximè verum est, vbi adest clausula illa, & cetera, vt per Bald. hic allegatum in dicta auth. quod sine, & per Parisin. d. conn. 61. num 7. Roueſc.

bb ¶Rogatus sup. lib. 2. consi. 153.

* Hoc consi. declaratur a Bero. consi. 1. nu. 58. vol. 2. nu 8. Declaratur a Crauetta gloriante consi. 217. nu. 6. cum seq. Hier. Zanch.

EPITOME.

CREDITOR hypothecarius præfertur cessionario debitoris, etiam post sententiam ante solutionem.

CONSILIVM XV.

Vide eundem Alex. consi. 17. lib. 1. super hac eadem causa de quodam statuto. Natta.

a VIso & considerato themate mihi trãsmisso, & his q̃ allegata fuerunt per aduocatum dictorum priorum creditorum dicti M. omissis non necessarijs, puto breuiter dictos creditores potuisse & posse inhabere dicto L. debitori. q. do. M. ne soluat dicto P. cessionario, & causam habenti ab hærede d. M. & posse impedire, ne in fauorem dicti P. fiat executio sententiæ contra dictum L. & per consequẽs dictum L. non debere soluere d. P. sed dictis prioribus credi
1 toribus præfati M. Ad quod ostendendum præsuppono,† ꝙ quoties ex contractu per me tecum celebrato, trãsit in te vtilis actio, & penes me remanet directa, non possum amplius cedendo alteri transferre vtilem, sed solum possum transferre exercitium directæ actionis in alium, tanquam in simplicem procuratorem meum, vel etiam tanquam in procuratorem in rem suam, si volo hanc translationem ad commodum suum facere, ita probatur per tex. sing. cum ibi not. per Bar. ita ibi volentem, & quem omnes alij ibi sequuntur in l. non quocunque. §. qui Caium. de leg. 1. & per no. in Lex asse. ff. ad treb. cum alijs allegatis per Bart. & alios in d. §. qui Caium & idem not. Bald. in l. 1. C. de actio. & obl. & expressius ac plenius ibi Salyc. in 19. q. & no. Bal. in l. hæredem. C. de hær. uel ac. & in l. 3. C. de noua. & per Spe. & Io. Andr. in rit. de cess. ac. §. 1. ver. quid si habens directam. Ex quo infertur, quòd cum per cõtractus & obligationes factas per d. M. cum dictis suis creditoribus, quibus obligauit omnia sua bona, & iura præsentia, & futura, fuit acquisita & translata in dictos creditores vtilis actio cõtra dictum L. debitorem d. M. & directa tantum remansit penes d. M. l. nomen. cum ibi nota. C. quæ res pign. obl. posl. si conuenerit, la 2. ff. de pig. ac. & ibi no. ergo hæres d. M. non potuit cedendo dicto P. transferre in eum vtiles actiones contra dictum L. sed solum exer
2 citium directarum. Secundo præsuppono,† quòd quoties veniunt ad conflictum habens vtiles actiones, & habens directas tẽdentes ad eundem effectum, ad quem tendunt vtiles, vt in casu nostro, tunc si vtiles causatæ sunt ex contractu eius in cuius persona erant, vel representabantur directæ, præfertur habens vtiles, l. procu. in rem suam, & ibi not. Doct. ff. de procu. & probatur in l. 3. C. de noua. & no. in cap. cõstitutus, de procu. quicquid dixerit ibi glo. in d. l. 3. in verbo denunciauerit, quam ibi reprobant Pe. Cy. Bar. Ang. Saly. & Ful. & magis communiter scribentes ibi per illam. l. 3. vbi text. non dicit illud ad quod alleg. per gl. ibi, ita etiam vult Spec. Ioan. And. in d. tit. de cess. act. §. 1. ver. quid si habens directam, & in proposito nostro no. & firmat Cy. Bart. & Salyc. in d. l. nomen, ad fi. per d. l. si conuenerit, in 1. resposo. & per l. 1. §. qui superficiem. ff. de superfic. & fortificabitur ex statim dicen-
3 dis. Tertio præsuppono, ꝙ† nedum habenti directas, vel earum exercitium præfertur habens vtiles, quando simul concurrunt, sed etiam præfertur, quamuis habens directas iam obtinuisset pro se sententiam, dummodò non sit facta executio, seu exactio, nam etiam tunc habens vtiles præfert, dummodo habẽs vtiles ante dictam executionem faciat alterum illorum trium, quæ ponuntur in d. l. 3. sup. vel litem contestetur contra illum, contra quem habet vtiles, vel partem debiti ab eo recipiat, vel sibi denunciet, ne soluat habenti directas, eo quia ipse habet vtiles actiones sibi quæsitas ex tali causa, faciendo ei notitiam de iure suo, iuxta d. l. nomen. & quæ no. Bar. & Ang. in l. 1. in prin. in 11. q. ff. de no. ope. ita probatur ex not. per gl. in d. l. 3. C. de noua. in ver. eo modo, dum gl. dixit sup. exigendo. vel ideſt demum exactione facta, q̃d videtur verius, & sic vult illa gl. cum tex. ꝙ habens directas solum potest excludere habentem vtiles, q̃n actualiter iam exegit, & percepit debitum à debitore: vnde dicit ibi Ful. ꝙ procurator in rem suam, seu habẽs vtiles, si super veniat post litem contestatam per habentem directas, vel etiam post latam sententiam in fauorem habentis directas, impediret habentem directas, dummodo nondum exegerit habens directas, ita dicit esse de mente illius gl. & dicit ipse hoc esse singulare, & quod Doct. ad hoc non aduertunt, nec ad hoc illam gl. ponderant, & pro hoc ipse adducit text. in d. l. procuratore. ibi, dum tex. dicit, vel pecuniam suscipiendam. Et ex hoc apparet, ꝙ gl. in d. verbo eo modo sensit contrariũ eius, quod dixerat gl. præcedens, in ver. deuunciauerit. dum quærit, quid si simul veniant habens directas, & habens vtiles, & ibi tenet quòd præferatur habens directas, & malè, & in hoc communiter damnatur ista glo. vt dixi sup. & illi communi opinioni videtur adhærere alia gl. in ver. eo modo, ut etiam dicit Rapha. ibi, & ad hoc etiam illam glo. ponderauit ibi Salyc. dum dicit, ꝙ solum facta exactione per habentem directas, impeditur habens vtiles exigere, per no. per gl. in d. verbo eo modo, & dicit hoc probari, quia qualitas iuncta verbo, intelligitur secundùm tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus, de noxa. l. Titius, de testam. mili. sed tex. in d. l. 3. dicit, ꝙ exigere vetatur habens directas, antequam habens vtiles fuerit lit. contest. vel denunciauerit, vel partem debiti percepit. igitur quodcunque istorum trium interuenerit ante exactionem factam, sufficit ad impediẽdum exactionem cedentis. † Ex his infertur euidens decisio q. nostræ, quia aut d. Pet.
4 intentauit vtiles actiones, & illas certè intẽtauit de facto, non de iure; quia sibi non competebant, vt probaui. & quamuis sententia pro d. Pe. lata esset contra d. L. super dictis vtilibus actionibus intentatis, illa sententia non potuit ad p̃iudicium tertij, ideſt dictorum creditorum operari. quod d. Pe. censeretur habere vtiles actiones, quas de iure non habebat. l. 2. C. qui. res iud. non no. c. quamuis, de re iudi. Aut intentauit directas, quod facere potuit nomine cedentis, iuxta. l. planè. ff. fa. ercis. l. emptor, cum ibi no. C. de hære. vel act. ven. & plenè per Doc. in l. qui stipendia. C. de procu. cum vulg. & tunc constat, quòd si dicti creditores habentes vtiles denunciauerunt prædicto L. debitori ne soluat, non potest amplius d. P. exigere a dicto L. nec d. L. debet ei soluere, etiã si dicta denunciatio & notificatio facta fuerit p̃ dictos creditores post sententiam latam contra dictum L. in fauorem d. P. etiam si in rem iudicatam transiuit, dummodo non esset facta executio tempore denunciationis, vt præsupponitur. & per hoc patet, quòd non oportet aggredi illum articulum, an tertius comparens in iudicio post sẽtẽtiam, quæ in rem iudicatam transiuit, possit impedire executionem sententiæ: quia in casu nostro etiam simplex denunciatio impedit habentem directas, vel earum exercitium peruenire ad executionem sententiæ, per d. l. 3. cum ibi not. tñ etiam si velimus adhærere his, quæ concluduntur in illo articulo, quãdo comparet tertius ad impediendam executionem sententiæ, constat, quòd etiam dicti creditores comparentes ad illam impediendam, possunt
5 illam impedire, † quia communes sunt conclusiones, vt etiam peregregiè tactum est per dictum aduocatum dictorum creditorum, ꝙ quãdo sententia condemnatoria lata est de quantitate pecuniæ, & postea tractatur de exequendo sententiam in bonis, auditur tertius volens impedire executionis sententiam, si docet de iure suo, vt l. à diuo Pio. §. si super. & ibi hoc firmat Bart. & communiter alij. ff. de re iudi. & l. ob maritorum. cum gl. & ibi no. Doc. C. ne vxor pro mar. l. 1. C. de priui. fis. & no. Inno. & communiter alij in c. veniens, el 2. de testi. & Bal. in l. consentaneum. C. quomo. & quam. iud. & in l. pen. ff. de pet. hære. & Doc. maximè Io. de Imo. in l. à sententia. in prin. ff. de app. ergo si dict. Pet. qui obtinuit cõdemnari di-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ri d.l.in pecunia,tũet facere executionem in specie, & bonis d.L.possunt dicti creditores se opponere, & allegare,qđ in illis rebus habent in effectu ius pignoris, quod habebat d. M. qui obligauerat ei omnia bona, & iura, secundum quod declarat Sal.in d.l.nomen,& in l.2.C.quando fis.vel priua.& Io.And.in tit. de obli.& solu.in rubri.in addi. Spe.in verfic. sed pone &c.& quòd eorum ius est potentius iure, quod habet dictus Pet.tum per ea quæ habentur in d. l.3. C. de nouat. vt supra declarauit: tum etiam quia tale ius pignoris, qđ competebat dicto M. prius fuit in effectu quæntum dictis creditoribus,& eis obligatum,quàm fuerit acquisitum d.Pe. & sic potiores debent esse cõditiones dicti creditoris,quàm d.P.cum dicti creditores prius habuerint ius & causam à d. Pet.ad hoc.l.quoties.C.de rei ven.in ratione sui.& l1.in operis.cum simi.ff.loc. Fateor tutiora esse priora fundamenta. Et per hæc apparet non obstare id, quod habetur in l. is à quo. ff.de rei ven. & l.pen.ff. de pet.hære.quia illa loquuntur,qñ fiebat executio in eadem re,& specie,in qua lata erat sententia,sed in casu nostro secus,vt distinguit Bart. in d.§. si super, & alij in locis supra alleg. & Bal.etiam in d.l.pen.Nec prædictus etiam habet obstare,si diceretur,cp nullum ius competit dictis creditoribus contra suum nomen debitoris,& eius bona,nisi prius facta excussione bonorum d.M.debitoris principalis,iuxta ea quæ habentur in authen.sed hodie.C.de act.
6 & obli.& in §.sed neque.in auth.de fideiuſ.†quia fm veram & magis cõmunem opinionem, qñ tractatur, quòd creditor creditoris exigat nomen debitoris sibi expresè obligatum,
b non requiritur excussio, b quia sumus in iure antiquo. l.aduersus.& l.fi.C.de act.ob.& d.l.si conuenerit. in prin. Ita tenet Spe.& Ioan. And.in ti.de procu.§.fi.ver.sed quid si mihi obligasti nomen, & respondent ad d. auth. sed hodie, quòd loquitur in re corporali obligata, quæ possidetur, non in incorporali,quæ non possidetur, prout est nomen debitoris,l. 3.in prin.ff.de acqui.poſſ.l.si seruus.§. incorporales. ff. de acqui. re. do. Nec ad hoc secundum eos,obstat text.in d.§.sed neque, in ver. idem est dicere . vbi etiam antequam agatur personali actione contra fideiussorem,vel alium sponsorem, oportet facere executionem contra principalem,ita ergo antequam agatur vtili actione personali contra nomen debitoris debet fieri excussio contra principalem,quia respondetur quòd ibi loquitur in fideiussoribus,vel alijs sponsoribus,aut constitutorib.obligatis pro principalibus,nos nõ loquimur in fideiussore,ergo ille tex.qui est correctorius iuris antiqui, non debet extendi ad alium casum, etiam ex idẽtitate rationis.l.præcipimus,ad fi.C.de appe.no.in auth. quas actiones, C.de sac.san.eccle.& in l.tam is.§.1.ff.de don. cau. mor.ita ẽt tenet Iac.de Are.Iac.de Bel.Iac.But.Ray.& Bart.& Ang.in d. l.nomen,& dicit ibi Ray.quòd ita tenet totus mundus,& ita etiam tenet Bar.in d.l.si conuenerit. in prin.ff.de pig.act. vbi etiam refert ita tenere Iaco.Baldui.Odo.Alb.Papiens.& Nic. de Matha.& allegat Bal.ibi bonam rationem, & cum eo transit etiam ibi Rapha.Fulg.& idem tenet Imo.in l. Iul.§. 1. de ver.obl.Pro hoc facit,quia dict. M. qui obligauit nomen debitoris,dicitur largè possidere ipsum nomen debitoris,vt no. gl.in l.regulariter,ff.de pet.hær. merito cum tractetur de his, quæ possidentur,seu quasi possidentur per debitorem principalem,non est opus excussione,quæ solum requiritur,quando creditor vult manus porrigere ad ea,quæ nõ possidentur per debitorem principalẽ.in auth.hoc si debitor.C.de pign. Aliæ possent rationes adduci,quæ adducuntur per Cy.in d. l.nomen.vbi etiam respondet ad contraria,sed non expedit, quia superiores rationes sufficiunt.& licèt Bal.& Saly.in l.2. C.quando fis.vel.priua.& in d.l.nomen.& Bal.in l.heredem. C.de hære.act.teneantur,quòd requiratur excussio,per l.1.de conueni.fis.debi.lib.10.secundum vnam lecturam, tamen il la lex non vrget propter varietatem lecturarum,vt etiam firmat Saly.facit,quod no.Bald.in l.in ambiguo.ff.de reb. dub. vel potest responderi, quòd illa lex loquitur in hypotheca tacita inducta de iure speciali,prout dixit Cy.in d.l.nomen respondendo ad d.l.hæredem.C.de hære.act.Nos autem loquimur in expressa obligatione inducta iure communi ex conuentione partium.Sal.verò se fundat per tex.in d. §.sed neque. verumtamen est ad quem tex. respondi sup. & ad illum respondet Spe. in loco sup.alleg. Ex quibus concludo,vt supra dictum L. non debere soluere dicto P, sed dictis creditoribus,& non esse procedẽdum ad executionem sententiæ contra d.L.in fauorem dicti P. Alex.

ADDITIONES.

a Viso.]Dixi consi.17.lib.1.vide Ofasc.um decis. 62. Mulier.num.19.vsque ad finem. Roues.

b Excussio. Spec.in ti.de pig.nu.10 & Bal.ibi in add.Alb.Ang.l.nomen.C. quæ res pig.ob.pof.Bal.consi 22.lib.2.Pau-consi.195.lib. 11. Guid.Pap. deci.Delph 432 Ant.Negu.trac pig.

CONSILIVM XVI.

Lege emendatum sup.lib.2.consi.30.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus à quibus constituitur.*
3 *Mandatum generale non sufficit,vbi non potest committi pœna.*
6 *Vniuersitas venit appellatione personæ largè.*

CONSILIVM XVII.

Vide consi.40.lib.7. Natta.

a **In causa** & lite inter commune Regij agens,& Magnificos viros do.Nicolaum de Canossa,a & fratres se defendentes,requisitus vt in paucis dicam,quod sentio super mandato syndicatus producto per assertos syndicos communis.Secundò,an dicti syndici teneantur satisfa
b re de expensis reficiendis.Circa primum dubium, b quia res
1 non eget longa disceptatione,concludo†cp syndicus constitui potest ab omnibus consiliarijs,seu maiori parte,aut à repræsentantibus consilium ipsius ciuitatis,vt no.gl. Angel. & Mod.in l. ita tamen in prin.ff.ad Treb. & no.Bald.in l.item magistri.post gl.ff. de pac. & Bald.in l.neque,in fi.C.de procur.& patet in l.nulli, ff. quod cuiusq.vniuer.nomi. vbi hæc
2 potestas creandi syndicũ conceditur decurionibus,†in quorum loco hodie subrogantur,non dico anciani,siue priores, vt quidam dicere videntur,sed consiliarij ciuitatis, vt no.glo. in rub.C.de decu.lib. 10.& expresè gl.& Doc.in prælleg.l. nulli,in verbo, ordo,& ideo dicit Bal.in d.l. item magistri,cp isti priores, qui præsunt ciuitati, vt sunt anciani, qui Florentiæ appellantur priores, non possunt syndicum constituere, se oportet,cp fiat per consilium ciuitatis, nam tale consilium repræsentat totum populum,vt no.gl.in rub.C.quæ sit long. consuet,& in l.sed ex dolo,§. 1.ff.de dolo. tamen talis syndicus si est generaliter constitutus, vt in propsito nostro, non dicitur habere sufficiens mandatum p̃ p̃ pœnas, quas incurrunt venientes contra priuilegium concessum per Carolum Quartum Romanorum Imperatorem, Magnifico viro Cabarotto quond.Nicolai de Canossa p̃ se & hæred bus suis, qui quidẽ heredes sunt dicti Nicolaus de Canossa,& fratres,nam imponitur contrauenientibus dicto priuilegio pœna quin-
3 quaginta marcharum auri,sed ita est,cp†quotiescunque quis contraueniendo posset incidere in pœnam,si ad talem cõtrauentionem se offerat procurator generalis alicuius,potest sibi opponi,cp ipse nõ est idoneus procurator,nisi habeat specificum mandatum ad illum actum, vel nisi ratificet constituens,l.si procurator,in prin. & ibi per illum tex. ita dicit ibi Bar. & alij.ff.de condi.inde.& l.3. §.si procurator. & ibi no. Doc.ff.quodquisque iur. & l.pater. ff. quæ in frau.cre.& no. Spec.in ti.de procu.§.1.versi.sed nunquid media.facit,quod habetur in cle.non potest de procu.Nec obst.si diceretur,cp in dicto syndicatu fit specialiter mentio de villa Biboiani,qa respõdeo,cp non datur in dicto syndicatu mandatum ad petendum villam Biboiani, & quamuis concedatur mãdatum ad causas,quæ verti possent inter dictas partes ,ppter villam Biboiani,dico,cp ,ppter hoc non dicitur esse specialiter mandatum cp peti possit prædicta villa & litigari super possessorio & petitorio, prout repertum est, quia contingere potuisset,cp versa esset lis inter commune Regij ex vna , & dictos nobiles de Canossa ex alia occasione confinium dictæ villæ, & non comprehenderetur specialiter facultas petendi villam
4 prædictam, & maxime,quia† illa verba posita in syndicatu, scilicet propter villam Biboiani denotant causam remotam non proximam.l.eo tempore.ad fi.ff.de pecu.l.1. C.si ser.exte.Bar.in l.non dubium.C.de leg.& in l.1.§. emancipatus.ff. de coniun.cum emanci.lib. Et prædicta esse vera etiam apparet ex his, quæ decidit Bart. & alij in l. filiusfam.ff.de dona.
5 vbi inquit,cp†quandoque requiritur speciale mandatum fauore aduersarij,qui dubitat, vt postea dominus reuertitur dicat,se de hoc non intellexisse,& sic euitet pœnas,& aduersarius damnificetur, & tunc requiritur nedum speciale,sed et singu-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

singularis expressio, per l. qui ita. §. 1. ad Trebel. in d. cle. non
c potest, & c. procurator, de elec. in 6. Circa secundum dico c quòd debet dictus syndicus præstare satisdationem de reficiendis expensis in casu succumbentiæ, nam hoc expressè disponit statutum loci iudicij, dicens, quòd forensis, vel quæuis alia persona nõ subiecta iurisdictioni statuti communis Ferrariæ, teneatur dictam satisdationem præstare, si non possidet
6 bona immobilia &c. † Nam sub verbis prædictis comprehenditur etiam vniuersitas. l. metum. §. animaduertendi. ff. quod me. cau. & Bald. in l. quicunque. C. de ser. fugi. vbi propriè loquitur in statuto, & no. Bal. in c. 1. in princ. de noua for. fid. & maximè propter illud verbum, quæuis alia persona &c. qđ verbum facit, vt etiam comprehendantur illæ personæ, quæ impropriè dicerentur personæ, vt ciuitas, vel castrum, iuxta. l. mortuo. ff. de fideiuss. & probat gl. singu. C. de quadri. præscrip. in l. 2. in verb alias, iuncto tex. vbi apparet q̃ licèt aliàs officium iudicis dicatur impropriè actio, vt not. gl. instit. de act. in prin. in versi. quamuis; & gl. in l. 1. in prin. de eden. & no. Bar. & alij in l. 1. in prin. ff. de iur. om. iud. & Doct. in c. fi.
7 de off. iud. & not. in l. actionis verbo, ff. de actio. & obl. † tñ quando in aliqua dispositione essent adiecta ista verba, videlicet, vel alia quælibet actio, propter illud verbum quælibet, comprehenditur officium iudicis, quod impropriè actio dicitur, vt probat gl. in præalleg. l. 2. bene facit, quod no. glo. in
d clem. d prima. in verbo, alia quæuis, de re iudic. cum ibi not. per Ioan. de Imo. Nec obstat, quòd alio statuto cautum sit, q̃ forenses non gaudeant beneficio statutorum: quia vt verbo fertur, statutum illud loquitur quò ad decisoria, non quò ad alia præparatoria, & quæ sunt de ordine procedendi. Reliqua suppleant excellentissimi domini iudicantes.

ADDITIONES.

a Canossa. sup. lib 5. consi. 16.

b Circa primum dubium.] Dixi consi. 186. in 3. dub. lib. 2. vers. tertia est dubitatio.

c Circa secundum dico.] Alex. in l. si quis mihi bona §. 1. ff. de acq. hæred. Bald. in c. 1. §. conuenticusa. col. 2. nu. 2. in 2. not. de pace iuramento firmanda. Bal. in Auth. item quæcunque, C. de episco. & clericis. & Decius in l. si familia. col. 2. ff. de iurisd. omn. iud. Craue. consi. 329. colum. 2. vbi plures citat.

d Glo. in clem.] Crau. consi. 414. nu. 4.

CONSILIVM XVIII.

Lege sup. lib. 1. consi. 59. quod sup. lib. 4. consi. 39. & hic tripl. abatur.

EPITOME.

STATVTO certi loci mater ab intestato nõ succedit, filius in testamento præterijt matrem. Respondet Alex. quòd valet testamentum directò in terris sitis in dicto loco, vbi filius decedit testatus, sed i aliis locis decedit intestatus, nisi quòd illic iure fideicommissi vi clausulæ codicillaris valebit testamentum.

SVMMARIVM.

3 *Statutum nõ ligat forenses, nec res extra territorium, nu. 7. & 8.*
4 *Testamentum non rumpit, qui non succedit ab intestato, nu. 5.*
9 *Mobilia, & nomina sequuntur personam.*
11 *Clausula codicillaris facit valere testamentum iure fideicommissi.*
13 *Feudum potest legari conuasallo.*
14 *Testator censetur legare solum ius quod habet, etiam morte finiturum.*
15 *Legatum in dubio non videtur factum animo compensandi.*

CONSILIVM XIX.

Circa primum dubium, an testamentum impugnari possit, videretur prima consideratione, quòd sic, quia dictum statutum, vel consuetudo excludẽs matrem ab intestato disponit in successione intestati, ergo non debet extendi ad causam testati. Præsertim cum tale statutum sit iuris communis correctorium l. præcipimus, C. de app. l. sanci-
1 mus. C. de test. † Nam certum est, quòd de iure communi per omnimodam prætentionẽ matris factam sine causæ expressione, testamentum redditur nullum, vt in §. & hæc quidem. iuncto §. aliud quoque capitulum in auth. ut cum de appel. cog. & plenè tradunt omnes in auth. ex causa. C. de lib. præt. & in l. filio præterito. ff. de iniust. test. quod intelligunt Doc. in dictis locis esse verum etiam in filio testante de peculio castrensi, vel quasi per dictum §. & hæc quidem, indistinctè loquentem, & sic dato quòd dictus testator habuerit peculium quasi castrense (vt fertur) non per hoc eius testamentum sustineri poterit. Secundò adduco auctoritatem glossarum in l. Gallus, §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. & in d. auth. ex causa, & in l. si emancipati. C. de coll. & in l. si filius, ff. de min. & Azo. in summa. C. de coll. & Rof. in titu. de bo. poss.
2 contratabu. vbi dicunt q̃ † licèt hodie in modo succedendi ab intestato sit sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis, vt in auth. de hære. ab inte. §. 1. & §. nullum, tamen non per hoc intelligitur esse aliquid limitatum in successione ex testamento, & ideò si testator filium emancipatum instituit, nepotem autem in potestate præterijt, testamentum redditur nullum, quia in causa testati nepos tenebat primum locum in suitate, attento quòd differentia emancipationis, &
3 patriæ potestatis nõ reperitur sublata, nisi ab intestato. † Ter-
a tiò quia dato a q̃ dictum statutum vendicaret sibi locũ condito testamento, tamen tale statutum non videtur in proposito casu obstare matri, quæ non erat subdita statuentibus, statutum enim nõ potest præiudicare, nec comprehendere non subditos. l. 1. in fi. de tut. & cura. da. ab his, l. etiam. ff. de tute. l. neque. qui dari tut. pos. c. vt animarum, de consti. in 6. facit. l. fi. ff. de iur. omn. iud. & not. Ia. de Are. & Cy. in l. 1. in vlt. q. C. quę sit lon. consuetu. & Gui. de Suza. in l. omnes popu. quem refert Io. And. in addi. Spe. in tit. de consti. §. 1. in addi. incip. Guido de Suza. & not. etiam Gui. de Suz. in quæstionibus suis, in quæstione incip. Sed pone quæstionem, statutum nõ tenet &c. & in quæstione inci. quæstio talis est, Bononien sis conuenitur, &c. allegat, l. cunctos populos. C. de sum. Tri. & id quod habetur. 12. dist. illud & c. a nobis, de sen. excom. & no. Inn. & Io. Aud. in tub. de consue. vbi idem dicunt esse in consuetudine, & idem not. Bald. in l. de quibus, de leg. in versi. 4. quæritur, an consuetudo extendat virtutem suam ad forenses &c. & Spe. in ti. de sen. prola. §. qualiter, vers. sed pone quidam Flandrensis, vbi inquit, quòd si Ianuæ est consuetudo, q̃ maritus non possit instituere vxorem, talis consuetudo non habebit locũ in Flandrensi, qui decedens Ianuæ vxorem suam instituit. Sed præmissis nõ obstantibus contrariam
4 sententiam probabiliorem esse puto; † quia ille non admittitur ad rumpendum testamentum, vel ad dicendum de nullitate testamenti, qui ab intestato non succederet. l. posthu. §. si quis ex his, de inof. testa. l. 1. §. si filius, & l. illud. §. 1. ff. de bo. poss. contratab. & not. in l. 1. & in l. pater filium, ff. de inof. te stam. Sed mater ex forma statuti, vel consuetudinis repellitur ab intestato, ergo & ab impugnatione testamenti. Secundò
b probatur b nam quãdo vnum beneficium datur contemplatione alterius, si unum tollitur, tollitur & aliud. l. filio, §. mater, de adi. leg. Sed ratio quare datur matri facultas impugnãdi testamentum de iure communi, est, quia fit iniuria si sibi non relinquitur legitima, id est, quarta, seu hodie tertia portio eius, quod habitura esset ab intestato, l. pater filium, cum seq. de inof. test. iuncta. l. parentibus, & auth. nouissima. cum ibi no. C. de inof. testam. ergo si per statutum ablatum est matrius succedendi ab intestato, censetur esse sublatum ius impugnandi testamentum, cum matri excluse ab intestato per statutum nulla legitima debeatur, attento, vt dixi, q̃ legitima est tertia portio eius, quod ab intestato debetur. Tertiò con-
c firmatur c per expressam decisionem Bar. in l. fi. in ver. quæro quid si ista filia fœmina dotata, &c. ad Tertu. per rationem al legatam sup. in 1. arg. idem tenuit Bal. in l. maximum uitium.
5 C. de liber. præter. vbi quærit, † statuto cauetur, quod filiæ fœminæ stantibus masculis ab intestato non succedant, pater habebat filium & filiam ex primo matrimonio, & alium filium ex secundo, filiam præterijt, & filium ex primo instituit in 10. filium ex secũdo instituit hæredẽ vniuersalẽ an filia præterita possit dicere testamentum nullum? arguit ad partes, & finaliter per octo rationes, quas breuitatis causa omitto, concludit quod non: idem tenet Bal. & Ang. in d. §. siquis ex his. Idem tenet Alber. de Rosa. in 2. par. stat. q. 103. incip. Ex eodem &c. & idem no. Ang. in l. Gallus. §. in omnibus, in prin. de libe. & posthum. per illum tex. & maximè quando hæres institutus est de illis agnatis, quorum contemplatione statutum uoluit matrem excludi, prout est in casu nostro, in quo frater testaroris fuit institutus, ita dixit Ang. & Mod. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. Idem etiam tenuit Raph. Cu. in repe. l. si filius qui in potestate, de lib. & posthu. & consuluit Ang. in consi. 136. incip. In quæst. vertente inter ser Benedictum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ctum &c. & in consil. 105. incip. Statuto cauetur, quòd si quis decesserit &c.

Non obst. allegata in contrarium, primò dum dicebatur, quòd statutũ disponit solùm ab intestato, quia ad hoc respon sum est sup. in primis argumentis pro hac parte adductis.

6 †Non obst. id, quod secũdo loco adducebatur, scil quod no. per gl. in auth. ex causa. & in d. §. & quid si tantùm. cum sim. quia rñdeo, quòd illæ gl. cõiter reprehenduntur per Doct. in d. locis, & in contrarium sunt gl. mulcæ in l. 1. in prin. de con iug. cum eman. lib. & in l. si proponas. ff. de inof. test. & in l. fi. ff. de lib. & posthu. & in auth. cessante. C. de suis & leg. & in auth. de hære. ab intest. §. 1. quæ volunt, ꝙ titulus de coniun. sit correctus, & sic volunt, quòd etiã quòad causam testamenti intelligatur esse sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis, & hoc comprobat Bar. in d. §. & quid si tm̃, & alii in locis proximè allegatis per plures rationes, quas referre non expedit, cum hæc sit magis communis sententia. Non ob. etiam quòd tertiò dicebatur, videlicet statutum non com

7 prehendere personas non subditas, †quia respondeo primo quòd illud posset habere locũ, vbi statutum loqueret in per-

d sonam, sed si loquatur d in rem, disponendo, ꝙ extãtibus fratribus defuncti & matre, bona decedentis ab intestato perueniant ad fratres, tunc tale statutum habet locum, ẽt in non

e subdito quòad bona e sita in territorio statuentium, quia statutum afficit res ipsas, siue possideantur à ciue ibi decedente, siue ab aduena. ita dixit Bar. f in l. cunctos populos. in 7.

f q. ad fi. in vers. sed posset dubitari de tali. q. &c. alleg. l. rescripto. §. fi. ff. de mune. & hon. & l. an in totum. C. de ẽdi. priu. quinimò etiam quomodocunque loquatur statutum, magis communis opi. esse videtur, ꝙ quòad bona sita in territorio statuentium seruari debet statutũ loci, ita tenuit Iac. de Rau. Cyn. Gul. de Cu. & Ray. in d. l. cunctos populos, arg. l. pupillo. ff. de tuto. & cu. da. ab. & l. Titium. §. tutor. de admi. tut. & expresse Pet. de Anch. in repe. c. canonum statuta. de constit. in 1. q. principali. in ver. quæro iuxta prædicta, cauetur statuto Tuderti. & ita dicit se habere communem conclusionem, pro qua dicit se coluisse Bal. in cõsi. inci. Punctus talis est &c. Et ista opinio proculdubio videtur in casu nostro verissima, quia præsupponitur, quòd testator habebat incolatum in loco conditi testamenti, & sic ibi sortiebatur forum. l. fideicõ. §. pen. de iud. c. fi. de fo. compe. & per consequens statuta il-

8 lius loci comprehendebant dictum testatorem, †quia a pari procedunt forum sortiri. & statutis ligari, vt no. gl. 8. di. quæ contra morem. in verbo, peregrini, & 12. dist. illud in verb. more. & notant Doc. in rubr. extra de consue. & Io. Cal. in dispu. incip. Quidam Florentinus, & in disputatione incip. Statuto ciuitatis cauetur, quòd si ab actore &c. & no. Doct. in c. quod clericis, de for. comp. & in terminis nostris firmat Sal. in d. l. cunctos pop. ergo dato, quòd statutum loqueretur in persona, tm̃ quoad bona ibi sita comprehenderet casum nostrum, per d. rationem, & ita concludit expresse Salic. in loco proximè allegato, & propter diuersitatem patrimonij tolerat ur isto casu, ꝙ decedat pro parte testatus, & pro parte non, sicut etiam no. in l. si arrogator. ff. de adop. & l. 1. de iecun.

9 nup. & no. Bar. post alios in d. l. cunctos. in 7 q. †Subdo tm̃, ꝙ bona mobilia, quæ erant extra territorium dictorum statuentium, debent iudicari eodem modo ac si essent in eo loco, in quo erat persona testatoris tẽpore conditi testamenti, quia mobilia respiciunt personam, immobilia verò territorium, ita inquit Bal. per illum tex. in l. mercatores. C. de commer. & mer. Idem videtur in nominibus debitorum, quia actio personalis cohæret semper ossibus personæ creditoris, l. quis ergo casus ff. de pecu. l. 3. pro soc. cum ergo persona testatoris ratione incolatus esset subdita & comprehensa a statuto, vt dixi, eodẽ modo etiam mobilia, & nomina debitorum prædicta. Idem voluit Saly. in d. l. cunctos, nisi secundum eu appareat, quod ppetuo ex destinatione defuncti essent ibi permansura, per l. vxorem. §. leganerat. de leg. 3. & l. ex facto §. rem de hære. instit. Exemplum ponit in pecuniis positis ad imprestita communi Venetiarum per Bononienses, nam censentur bona Veneta, non Bononiensia, quia ibi posita sunt, vt ibi perpetuò sint & censentur quodammodo bona immobilia per no. in l. iubemus, la 2. in princi. C. de sac. san. eccl. ad hoc etiam bene faciunt not. per Bart. in l. 1. de statu. hom. in

10 ver. sed si dico, dono tibi quicquid habeo Perusii &c. †Et ex vltimò dictis colligitur decisio ad secundum quæsitum, sup an testamentum, & per consequens statutum prędictum seruari debeat in hæreditate dicti testatoris forensis, ẽt quo ad bona sita extra territorium, nam concludendum est, quod solùm quò ad bona sita in territorio statuentium, per not. per Doct. in dictis locis, & maximè per Bar. in d. l. cunctos populos. in 6. & 7. q. & idem est de mente Bal. in d. l. si arrogator, ff. de adop. & in auth. omnes peregrini. in fi. C. commun. de

g succ. Quò ad tertium g dubiũ † de clausula codicillari, an ope

11 retur, quod mater & alius frater testatoris nõ instituti videantur grauari restituere partes hæreditatis, quas caperent ab intestato, dicto alteri fratri instituto, casu quo testamentum non teneret: & dicendum est quòd sic, vt est casus secundum lecturam Hugo. glossatoris, in l. si patroni. §. fi. & ibi hoc sequitur Ang. ff. ad Treb. & l. gñaliter. §. ex testõ. ff. de fideicõ. lib. & l. ex testõ. & ibi no. C. de fideic. lib. & l. ex ea. §. 1. & ibi gl. & Doct. ff. de test. l. codicillis. §. fin. de leg. 2. l. quia autem. in prin. & ibi no. ff. si quis omi. cau. test. & no. gl. Bart. & Bald. & communiter alij in auth. ex cau. de hib. præte. & latè disputando tenet Iac. de Bel. in dispu. sua, quam ponit post l. 3. C. de hib. præte. & incipit. Quæritur, pater vel mater condidit testm̃ &c. & Spec. & Io. And. in tit. de instr. edi. §. compendiosè in ver. item vide. & Bar. Bal. & Ang. in l. 1. ff. de iure cod. & Bald. in l. fi. C. de codi. & in l. Titia. post Old. ff. de inoffi. testam. & Ang. in auth. vt cum de app. cog. §. fi. in fi. Non obst. ꝙ gl. in d. auth. ex causa. tenuerunt contra per tex. in d. l. Titia. ff. de inof. testa. vbi testm̃ inofficiosum non ualet ẽt quoad legata, q̃q̃ ab intestato reperita; quia fingitur tale testm̃ quasi a demente conditũ esse; quia rñdeo, ꝙ cõiter Doct. in locis præallegatis damnant opi. dic. gl. per superius allegata. Nec ob.

h d. l. Titia h quia secundùm Doct. est correcta per d. auth. ex cãsm Doct. ibi, & in corpore, & in l. filio præterito. ff. de iniust. testa. testm̃ in quo filius vel alius instituendus est præteritus, vel exhæredatus, non irritatur ex eo, quia videatur factum à demente, quia si hoc esset verum, eadem rõne & legata irritarentur ẽt hodie, sicut irritatur hæredis institutio. ꝑ d. auth. ex causa iuncta. d. l. Titia, quæ auth. ex causa. habet locum ẽt, qñ præteritio facta est nulla causa expressa, sicut in casu nõ, & excepto Dy. firmant omnes in d. l. filio præterito. & in d. auth. ex causa, & in corpore vnde sumitur per tex. in §. si verò obseruata non fuerint, iunctis prædecentibus, in auth. vt cùm de app. cog. Vel etiam potest secundò responderi ad d. l. Titia. secundùm Bal. in d. auth. ex causa. in 7. q. ꝙ nos loquimur in præteritione, ꝙ quam testator errore iuris dẽ solemnitatem omittere, sed lex Titia loquitur in exhæredante, qui magis delinquit: cum dicatur pietatem & propriã naturam tanquam demens offendere, quæ ẽt fuerunt verba Iac. de Bel. in d. dispu. dicentis, ꝙ ille, qui præterijt, videtur sub silentio per ignorantiam iuris, uel facti omittere institutionem, & interpretationi iuris cõis relinquere, allegat in arg. l. cum proponas. C. de hære. insti. & iu l. 3. C. de inof. test. & l. generaliter §. 1. C. de insti. & substi. secus est in eo, qui expresse exhæredat, quia omnem viam permeauit, ut filium, quem instituere debebat, indebitè à successione excluderet. ideo fingitur demens; quia vult alium suæ soboli sine causa anteponere. Et retento ꝙ testamentum seruari debeat solùm in bonis sitis in territorio dictorum statuentium, vt dixi in primo dubio;

12 †tunc clausula codicillaris operabitur quoad alia bona, quia uerba illius clausulæ codicillaris, quibus dicitur, & si nõ ualet iure testamenti, &c. intelliguntur, ideſt quatenus non ualet iure testamenti, & c. l. Stichum qui meus erit, & ibi hoc in specie no. Bar. de leg. 1. & Bar. in l. 1. in 8. q. ff. de iure codi. & Bar. in d. auth. ex causa. in ver. quæro, quid si testator dixit, si non valet, &c. & idem ibi. Bal. in 7. q. & colligitur ex gl. no. in l. controuersia. quam ibi ad hoc ponderat Bal. ff. de transact.

13 Capio quartum dubium, †an aliquid debeatur pro dicto legato fundi? & uidetur prima fronte concludendum, ꝙ dicta medietas debeatur, quasi legata fuerit coniunctæ personę res aliena. l. cum alienam. C. de legat. l. non dubium, ff. de leg. 3. vel si præstare non possit hæres, tenetur ad æstimationem, vt in d. locis iuribus. Nec potest dici legatum non ualere, quasi sit quædam alienatio facta irrequisito domino; quia ex quo

i legatum factum fuit conseudatario i eiusdem rei, talis alienatio nõ intelligitur esse prohibita l. voluntas, & ibi no. Doc. maximè Bal. in uerſic. quæro de duobus feudatarijs. C. de fideicom.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

deicom. & vt casus in c. 1. de alie feu. pat. & l. pater. §. quinde cim. & ibi no. per Bart. de legat. 3. c. imperialem. §. præterea. de prohib. feu. alie. per Fede. & no. Io. And. in d. tit. de loca. §. nunc aliqua. super versi. 72. & Fed. de Senis in consi. 226. incipien. Factum tale est, duo fratres &c. & no. Bart. & Ang. in l. cum hi. §. si vni. de transact. & in l. si domus. §. fi. de lega. 1. & in l. qui Romæ §. duo fratres, in 11. q. de verb. sign. & in l. & ideo. in princ. de cond. fur. & Bart. consi. 58. incip. Ex the mate prædicto tria dubia oriuntur. & no. Bal. in c. 1. ad fin. de vasal. qui contra const. Loth. & in c. 1. §. hoc quoque de succes. feu. & Saly. in l. ea lege. C. de cond. ob cau. & Ioan. Cald. in consi. 10. super tit. de loc. Sed his non obstantibus puto hæ redem testatoris occasione legati ad aliquid non teneri, quia
14 † quotiescunque testator habet aliquod ius in re, quâ legat,
K videtur in dubio x illud ius tantùm legare, etiamsi tale ius sit finiturum morte legantis, l. vxor patrui. C. de leg. l. quod in rerum. §. 1. & ibi Doc. de leg. 1. l. Sticho & ibi plenè Bart. de vsufr. leg. & Bal. & Ang. in l. dotalem. ff. de test. mil. & mod. in c. pastoralis. de don. Secundò probatur authoritate Bald. hoc decidentis in c. 1. §. donare in ti. qualiter olim feu. po. ali. vbi quæritur, quid si vasallus legat feudum pro aïa, nam legatum feudi non debetur, vt d. §. donare, nec ẽt debetur æstimatio; quia quãdo vasallus legat ius, quod habet in re, si ius est mor te periturum, legatum est inutile, secundum Bal. ibi, allegat, d. l. vxor. idem videtur esse de mente Oldr. in consi. 237. incipien. Perlectis & diligenter attentis omnibus scripturis, vbi concludit, non valere legatum in re feudali factum à vasallo, quasi factum de re nõ deducibili in legatum, per id quod habetur in c. 1. de succes. feu. & in c. 1. de nat. succes. feu. & p
l alia plura ibi allegata per eũ. Circa quintum dubium, 1 † an
15 legatum relictum vxori debeat compensari cum debito m
m doris, si testator hoc expressit, licèt scriptũ non fuerit, iste ca-
n sus est indubitatus, quia in dubio legatum nõ uidetur n. relictum animo compensandi. o l. 1. §. sciendum. C. de rei uxor. actio. & l. creditorem. de lega. 2. nisi de uoluntate aliud constet per declaratoriam probationem, per testes, uel scripturã. l. hæredes palam. §. sed si notam. iuncta gl. & ibi Doct. de test. & in l. cum proponeretur. per Bar. & alios cum simil. ff. de le-
p ga. 2. Quò ad sextum p dubium, videretur prima considera-
16 tione dicendum, q † deberet intelligi de Mantuanis, & sic secundum locum originis testatoris, non autẽ secundum lo-
* cum * q testamenti, ut uidetur casus in l. nummis. in ver. un-
q de fuit. de lega. 3. & ita ibi intelligit Bar. & clarius Cyn. ibi. & præsertim, quia solutio & præstatio legati debet fieri Mutinæ, vbi est pecunia, de qua testator legatum præstari uoluit, l. quod legatur, ibi, nisi id adiectum &c. ff. de iudi. ergo debet attendi locus solutionis faciendæ. l. unum ibi, quanti eo loco esset &c. ff. si cer. pet. & l. fin. ff. de triti. & in proposito no.
r Oldr. in consi. 1168. inci. Ad primam quæstio. qua quæritur, ciuis loci &c. Contrarium puto uerius in casu. de quo quæritur, nam testator duo fecit legata in testamento, primo enim dixit, volo construi quandam capellam in ciuitate Mutinę, in qua constructione accipiantur sexcenti ducati currentes ex illis mille ducatis, quos Ioannes Strigius frater meus in dicta ciuitate Mutinæ morã trahens habet, tenet, & possidet meos proprios. Secundum fuit legatum factum a testatore his uerbis, lego uxori meæ illos quadringentos ducatos restantes ex illis mille ducatis, quos habet & tenet dictus Ioánes frater meus. & præsupponitur in facto, q dictus Ioannes habuit a testatore ducatos mille secundum cursum & ualorem ciuitatis Neapolis, unde per relationem ad dictos mille ducatos, quorum testator uoluit dare quadringentos, apparet, q intelligi debet secundum cursum Neapolis: quia si intelligeretur secundum cursum Mantuæ, non restasset quadringenti ducati deductis sexcentis, & ideo sequitur, quod illi, qui restãt, deductis sexcentis, debentur & nõ ultra, ut est casus in l. si seruus legatus, §. qui quinque, & in l. si sic §. 1. de lega. 1. cum ergo restent solum quadringenti ducati secundum cursum ciuitatis Neapolitanæ: illi solùm debentur, & non ultra. Pro hoc etiam facit: quia testator legauit dictam pecuniam tanquam certos nummos, & certum corpus existens apud fratrem, ut patet ex illis uerbis, meos proprios, & sic præsupponit translatum fuisse dominium in fratrem. unde quando pecunia legatur tanquam corpus certum, non attenditur consuetudo alicuius regionis, sed solum existentia corporis. l. sed & certos. iuncta l. præcedenti. §. fin. de lega. 1. sed existentia corporis consistebat in ducatis secundum cursum ciuitatis Neapolis: ergo illud attendi debet. Alex.

ADDITIONES.

a Tertiò, quia dare.] Ad declarationem huius dicti & sequentium, accedat Parisius consi. 12. nu. 11. & seq. & nu. 47. vol. 3. Roues.
b Secundò probatur.] Tiraq. in 1. par. cessante causa cessat effectus, nu. 47. vers. beneficii. Roues.
c Tertiò confirmatur] Dixi in consi. 47. col. pe. lib. 2. Roues.
d Sed si loquatur.] Dominus Craue. in consi. 201. col. 6. vers. de statuti validitate. Andreas Gail. libro 2. pract. observat. capite 35. quæstium fuit, vbi post Alexan. disputat, an incola obligetur consuetudinibus & locis vbi incola est. Roues.
e Quo ad bona.] Hanc opin. tenet etiam Alex. consi. 16. sup. li 1. & late defendit Bru. in tract. de statutis excludentibus fœminas. 6. 2. 1. principa. in prin. & 8. arg. prin. q. 24 & tenet etiam Soc. consi. 292. col. 2. lib. 2. licèt contrarium teneat Paul. Castr. consi. 32. Circa primum quæritum notandum est. lib. 2. Natta.
f Ita dixit Bar.] Alex consi. 44. vbi docui. lib. 5. Roues.
g Quò ad tertium.] Docui consi. 142. lib. 2. Roues.
h Dicta l. Titia] Dixi in consi. 142. col. 2. lib. 2. Roues.
i ¶ Confeudatario. sup. lib. 2. consi. 189. nu. 3. nu. 7. sup. li. 5. consi. 7. nu. 5. & dixi in consue. Pari. §. 13. gl. 6. nu. 5. Adde Lud. Goza. consi. 20. nu. 9. infr. eo. consi. 176. in fi.
k Videtur in dubio.] Facit, quia l. cum alienam non procedit, vbi fundus legatus est pro parte testatoris, quia pars tantum debetur, secundum Alex. post Raph. per illum tex. ad l. serui electione. § fi. ff. de leg. 1. in fi. Nat.
l Circa quintum dubium.] Adde Alex. consi. 12. lib. 2 Roues.
m Cum debito.] De hoc est optimum consi. Pauli Cast. consi. 224. Legatum prædictum lib. 2. vbi loquitur de vxore, cui relicta erant alimenta, vt legatum, & dotem consequi posset ab hærede. & dum ibi Paulus allegat tex. in l. qui concubinam, §. qui hortos, ff. de leg 3. vide ad illum tex laf. consi. 12. col. 1 lib. 3. Et q non fiat compensatio cum dote, Deci. consil 636. col. pen testatum reliquit. Nat.
n Non videtur.] Quòd vxor & dotem, & legatum consequatur, tenet Picus ad §. Titia, q. 42. vbi dicit, quod si legatum sit factum. Donec dotes non petierit, transmittit dotes ad eius hæredes. Secus si sit dictum, Si dotes non petierit, quod nota. Et vide Soc. consi. 10. q. 7 lib. 1. Et q non fiat compensatio, vbi non est expressum, tenet Alexand. consi. 99. in fi. lib. 7. Iaf. ad l. huiusmodi, §. cum pat. 1, col. 2. ff. de lega. 1. Et posito quod fuisset dictum, q vxor amplius in bonis testatoris nil petere possit, non inducitur compensatio cum dote. Sign. cõsi. 178. Quæstio proponitur. Natt.
o ¶ Compensandi. sup. eo. consi. 7. in fi.
p Quo ad sextum.] Dixi consi. 21. lib. 2. Roues.
q Secundum locum.] Vide Soc. egregiè consi. 247. dub. 2 lib. 2. Nat.
r Oldrad. in consi.] De hoc consi. Oldradi meminit Alex. consi. 21. li 2. Nat.
f Consuetudo alicuius.] Andr. Tiraq. in tract. lign. §. 36. gl. 3. vers. & in hac quoque, nu. 17. Roues.

CONSILIVM XX.

Lege sup. lib. 1. consi. 119. quòd hic duplabatur.
Consilium. 21. leg. sup. li. 3. consi. 49. quod hic duplabatur.
Consilium. 22. leg. sup. lib. 2. consi. 93. quod hic duplabatur.

EPITOME.

SVBTRAHENS vel occupans rem alienam punitur, licèt ignoret cuius sit.

CONSILIVM XXIII.

Viso processu inquisitionis cõtra Ioannẽ & Andream de turbata possessione Baltasaris, & Basilij in domo, de qua in dicta inquisitione, & visis attestationibus & iuribus utriusque partis, & statuto sub rubrica, quod nullus inquireret &c. insistam duntaxat super eo, quod retulit mihi ser Cæsar, inquiens pro parte aduersa, fundamentum principale fieri, quòd non esset probatum dictum Ioannem sciuisse, quod dicti Baltasar & Basilius possiderent, quia quo ad alia videtur, quod sit sufficienter probatum, saltem contra dictum Ioannem, vnde circa hoc principale fundamentum dico, quòd fundamentum partis aduersæ subsistere nõ potest. probatur in primis per id, quod in proposito decidit Bar. In l. falsus. §. qui alienam, qui est. §. pe. ff. de fur. vbi dicit illũ tex-
1 esse no. † pro statutis dicentibus, si quis intrauerit, vel occupauerit rem alterius, quia non est necesse probari, quòd intrãs, vel occupans sciuerit quis esset dominus illius rei. Ad hoc ẽr Bar. & Ang. ibi adducunt alia, quæ videre potuerunt clarissimi domini iudicantes, sufficit ergo dolus in genere, scilicet quòd ille, qui occupauerit, habuerit aïum offendendi quemcunque possessorem illius domus, vt patet ex no. per Bar. vbi sup. & per Bald. in l. si quis non dicam rapere, de epis. & cler. in verti. deinde pro conclusione prædictorum &c. ad idem,
a quòd no. Bald. in auth. sed nouo iure [2] C. de seru. fug. in ver.
2 & quid si apparet &c. vbi dixit, † quod si apparet de furto,
b sed furi & iudici est incognita [b] persona, cui factum sit furtum, quod hoc nihil refert, quin puniatur, ac si constaret de persona, cui furtum factum est, allegat in fi. no. per gl. 2. q. 13. libel

lorum.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

lorum.& no.Bal. & Ang.in l.fi cū exceptione.§.hac actione.ff.quod met. cau. ergo cum statutum puniat occupātem, vel intrantem possessionem alterius animo turbandi vel inquietandi possidentem, & probatum sit, q Ioan. fœnum extraxerit de domo, quā debuit putare esse alterius, postquam non erat sua,l.fin.C.vnde vi. & no.per Ang.de Are.in tract. maleficior.in verbo,hæc est quædam inquisitio, in finalibus verbis:ergo sequitur, q præsumitur fuisse in dolo,cum fecerit actum illicitum.l.si non conuicij.C.de iniur. & l.1.C. ad leg.Corn. de sica. & non requiritur, quòd sciuerit,quis esset ille, qui possideret, sed sufficit dolus in genere,scilicet quòd vere, vel præsumptiue habuerit animum inquietandi possessorem, quia scire, vel non scire in specie, quis esset possessor, vel quis esset ille, qui offenditur, hoc non auget,nec minuit delictum.Leum qui nocentem. §.si iniuria. ff.de iniu.& patet ex doctrinis Barto. & aliorum in locis supra allegat.Item quamquam etiam probaretur, quod prædictus Andreas per se & authores suos haberet antiquiorem possessionem,quàm sit possessio Baltasaris & Basilij(quod tamen in processu non inuenio,imò potius contrarium,quia testes deponunt,quod Baltasar & Basilius possederunt annis tribus & citra) tñ esto, q probaretur, q Andreas habuisset antiquiorem possessionem , hoc non obstaret, quin deberet condemnari Ioannes, quia etiam si Baltasar & Basilius haberent possessionem iniustam,& iuniorem,tamen hoc non potest opponere Ioannes,
c qui non possidet,hic est tex. in l.1.§.fi.cum l.seq.ff.vti pos. Ex quibus patet dictum Ioannem condemnandum.

ADDITIONES.

a Bal.in auth. sed nouo.] Hippo.in practica crim.nat col.pen.vbi latè agit ad hanc conclusionem. Rouef.

b Est incognita.] Felyn.latè tangit ad c auditis, col 17.de præscr. Nat.

c Hic est tex]Concordat tex ad l.fi. ff.de acq. poss. Natta.

EPITOME.

LEX tñ pœnam imponens facto,non annullat actum.

CONSILIVM XXIIII.

Viso themate ac statuto ciuitatis Pisarum sub rubrica, de non vtendo consilio & tenore conuentionis factæ inter d. presbyterum Ioannem & Laurentium de Mastranis. Omisso omni verborum & argumentorum apparatu, breuissimè & conclusiuè dicam , quid in hac dubitatione pro veritate sentiam.Et mihi equidem videtur dictum presbyterum ad expensas teneri,nec consilium esse spernēdum: moueor & primò:quia statutum imponit pœnam consultori non reddenti consilium intra terminum præfixum à statuto,vnde siue nullo modo reddat consilium, siue reddat,sed post terminum; tunc statutum ei pœnam imponit , & etiam imponit pœnam iudici non cogenti consultorem, sed ita est,
a quòd si lex vel statutum imponat pœnam p aliquo facto vel
b actu , non per hoc tamen videtur annullare actum, b quando illa annullatio actus non tenderet ad præiudicium illius, cui pœna imponitur, sed ad præiudicium alterius,vt probatur in l.filius.§.fi.ff.ad l.Cor.de fal. & no. per glo.in l.nullus videtur dolo facere.ff.de re iu. & per gl.in cle.1.de iure par. per quæ ita decidit Bar.& alij cōiter in l.prætor.in prin.ff.de no.op.nun.& Iac.Bu.in l.non dubium. C.de leg.post glo. & ibi per Bald.& alios,& D.Card. & Io.de Im.in c.fi.de postu. præla.& Io.de Imo.c.cum contingat.in 8.membro,de iureiu.& in l. cum lex.ff.de fideiuss. ergo licèt statutum imponat pœnam consultori reddenti consilium post terminum;tamē non infringit ipsam redditionem consilij, nec eius effectum ergo valere debet, & effectum habere redditio consilij etiam post terminum facta,attento q si esset nulla ipsa redditio cō silij,talis nullitas non afferret præiudicium ipsi cōsultori,sed parti.Confirmo prædicta per ea quæ no. Io.An.in add.Spe. in ti.de iu.dele.§.restat.in add.inci.Old.& Iac.de Are.& Cy. in l.properandum.in prin.in 2.opp.C.de iu.& Bal.in l.fi.C. vt infra cer.temp. cau.termi. & Io. de Imo.in c.de causis, de
a offi.dele. vbi in effectu volunt † q si statutum dicit, q iudex expedire debeat causam intra duos menses;& si non fecerit, ei imponunt ponam: certè nō per hoc intelligitur præfixum illud tempus ipsi instantiæ , & ideo secundum eos , si iudex post illos duos menses sententiam ferat, valebit illa sententia,licet iudex pœnam incurrat:mouentur per l.1.ad fi.C.ut om. tam ciui. quam cri. secus si statutum præfigeret tempus instantiæ,vt quia diceret, quòd instantia causæ duret spatio duorum mensium: vel diceret simpliciter , q causæ debeant finiri intra duos menses, quia tunc sententia lata post duos menses non valeret,per d.l.properandum,in prin. cum gl.& l.scire oportet,§.consequens.de excu.tu.& declarant Doc.in dictis locis,& maximè Io.And.in add.præal.ergo ita in proposito consilium debet posse reddi etiam post tempus , dato quòd pœna venerit imponenda consultori. Nihil ergo est,q repugnet , q dictus presbyter teneatur ad expensas per eum promissas,si consilium redditum est contra eum, & sic concludo eum ad expensas teneri.

ADDITIONES.

a Imponat.] Hinc, si disponiatur lege municipali, quòd forensis non possit instrumenta conficere , tamen instrumentum factum tenet, vt Dec. scribit,cons.17. Nat.

b ¶ Actum. Adde Dec.c.nam concupiscentiam. sect. 2.de const.c in nomine domini de testib. Felin.c.venerabilis, de iud.Henric.de Bottis tract. sy no.par. 3.art. 1.num. 207 sed istud superfluum est,quia hic statutum nullam imponit pœnam facienti , sed solum differenti , & ipsi negligentiæ,non facto.

EPITOME.

PRAESVMITVR pro rititudine,& iustitia sententię, etiam per contumaciam latæ,si transiuit in rem iudicatam.

CONSILIVM XXV.

Vide lib.2.consi.22. Natta.

Viso processu inter Misinum de Furno ciuem Mutinensem ex parte vna , & ser Antonium de Roma ex parte altera,& summario eiusdem cum quæsitis inde formatis,quia principaliter quæritur de virtute sententiæ latæ in fauorem ser Antonij contra Misinum , qua pronunciatū est, æstimationem factam per æstimatores esse iustam , & licere ser Antonio habere emptam dictam apotheçam , stantibus
a exceptis & allegatis pro parte dicti Misini:tamē in hoc a mihi videtur dictam sententiam subsistere , & obiecta non obsta-
1 re.†Et primò,quia b pro sententia, à qua non est appellatum,
b & quæ transiuit in rem iudicatam, præsumitur nedum quo-
c ad rectitudinem c seu iustitiam , sed etiā quoad rititudinem. c.bonæ.el primo, de ele. & ibi hoc tenet Inn.& c.cum inter. &cętera sicut.de re iud.c.pastoralis. §. quæritur verò,de offi. delega.& sequitur hoc Compost.Io.An.in c.in præsentia,de renunc. & domi. de Rota sua conclusione 296. quæ incipit. Item si petatur executio alicuius sententiæ &c. vbi indistinctè firmant hoc , siue sententia sit lata in præsentem , siue in contumacem, quomodocunque , quia absentia contumacis repletur Dei præsentia. c. veritatis. de dolo & contu. c.2.de arb.in 6.l.properandum.§.fin autem reus.C.de iud.& ita tenet Ant. de But.post multa in c. quoniam contra.de probat. vbi ostendit esse casum in d.c.bonæ. & ita etiam tenet Spec. in titu.de sen.prola.§.ut autem.vers.& not.secundum quosdam &c. & in §.fin.vers.pen. & in titu.de instr. edit.§.restat. vers.in summa.& Ioan. Cal.in d.c.quoniam contra & Io. de Imo.& Rom.in l.sciendum,de verb.obl.& Io.de Imo.in l.4. §.condemnatum,de re iud.& in c.cum in iure. de off. deleg. & ibi dicit Io.de Imo.q ista est communis opinio, quicquid tenuerit Bart.secundum eum.& idem tenuit Ant.de But.Io. de Imo.in c.præsentia de renun. pro quo bene facit ille text. & idem in effectu quo ad propositum nostrū tenet D. Abb. in d.c.quoniam contra.& Io.de Imo.in l.ex hac scriptura. ff. de don.& istam opi. semper sum solitus sequi & legendo & consulendo,& maximè procedunt prædicta,si biennium lapsum esset a tempore sententiæ,antequam contra eum opponeretur, vt videtur fuisse in proposito nostro, ita tenet Host. in c.in præsentia,præallgato. & Bal. in l.1.in vers.extra quæro &c.C.ne it. tertiò prouo.& in c.1.de mil.vasallo qui contu.est & Pet.de Anch.in c.canonum statuta.in vers.similem. q.ponit.de constit. ergo absque eo, q producatur instrm fideiussionis & promissionis factæ per Misinū,& etiam aliqua requisita ex forma iuris, vel statutorum, præsumitur pro ipsa sententia, q sit iusta, & rite lata . Et ex hoc capite imponitur silentium his,quæ allegabantur,& adducendo q precarij reuocatio,& tenuta fuerat nulla,& quòd debuit citari Misinus ad videndum æstimatores contemplare & conspicere qualitates rei æstimandę,& q libri cameræ non probarent contra Misinum, quamuis omnia illa sint de se satis debilia, & alijs rationibus faciliter possint euelli, sed non expedit,stante maximè fundamento prædicto , & magis communi opinione:
2 †a qua in iudicando non est recedendum,l.1.in vers.sanè.&

ibi

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ibi ponderat Bal.ff.de of.quæst. no. Bar. & alij in l.fin.C. de pœn.iud.qui malè iud.& Io.Monachus in c. cupientes.§.denique,de elec.in 6.& Io.And.& alij in c.1.& in c.ne innitaris,de const.& in c.capellanus,de fer.& Bal.in c.1.§.iudices, de pac. iur. fir. & in l.2.in prin.C.de sen.quæ sine cer.quan. Et ijsdem rationibus patet dicendum esse,pariter procedere aliam dationem in solutum factam cõtra d. Misinum de alia re pro residuo dicti debiti,& expensarũ,& tanto magis,quia ad eam processum fuit facta electione æstimatorum de consensu procuratoris d. Misini, & lata fuit sententia præsente procuratore Misini, in qua fit mentio de dictis instrumẽtis, & tali sententiæ tunc non fuit contradictum per procuratorem d. Misini, nec ab ea sententia fuit appellatum intra tempora debita, & sic transiuit in rem iudicatam, & sic etiam si vellemus sequi opin. Bar. in auth. si quis in aliquo. de eden. & in l.1.C.de rela. & in l.fi. ff. quando app. sic.& in l.acta.ff. de re iud cum si n.adhuc fateri oporteat,quod talis sententia debet effectum sortiri,nec potest allegari defectus instrumẽtorum, aut aliorum actorum; vt firmat Bart. o. in dictis locis. Omitto tangere de exceptione nullitatis primæ sententiæ ex eo capite,quod ad eam fuerat citatus Misinus, & non procurator eius, qui ad aliquos actus prius comparuerat in causa, quia per petentem consilium fertur de hoc nõ fieri dubium apud dominum iudicare debentem. Alex.

ADDITIONES.

a Tamen in hoc.] Gab. Rom. lib.2. recept. sent. regula 6. sub titu. de sen. & reg. seq. Roues.

b Et primo quia.] Gabr. Rom. lib.2. recept. sent. regula 4. sub titu. de sententijs. Roues.

c Quo ad rectitudinem.] De his etiam tradit Alexan. consi. 136. col. 4. vers. Nec ob. si dicatur, lib.2.& consi. 119. col. 5. lib. 6. Et dicas præsumi pro sententia, sive sit lata de recenti, sive de antiquo, sive in præsentem, sive in contumacem, verum, vel fictum. Fel. ad c. quoniam contra. col. 17. de prob. vbi ponit vnicam salentiam, nisi pars aduersa per productionem actorum probaret oppositum, iux. no. in l. hi, qui ad ciuilia. C. de appel. Et vide omnino Abb. consi. 61. colum. 1. & fi. lib. 1. Et pro sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, præsumitur; quia durum est semper acta recenter. idem Abb. consi. 73. col. 2. lib. 1. Et vide etiam quæ scribit, Abb. consi. 92. col. 2. lib. 1 Sed videtur, quod non possit præsumi pro sententia, stante etiam diuturnitate circa mandatum procuratoris, vt per Afflict. decis. 345. Et de prædictis plenissime Gram decis. 24 & Rain. consi. 48. col. pen. lib. 4. & eadem, quæ hic scripsit, posuit etiam idem Alex. ad l. sciendum, col. 5. versitem fallit in iudice, de probatio. Nat.

CONSILIVM XXVI.

Lege sup. li. 5. consi. 78. quod hic duplabatur.

SVMMARIVM.

1 *Scienti quando denunciandum est, nũ. 2.*

4 *Statutum retractus proximitatis habet locum etiam in rebus emphyteuticis, vel feudalibus ab ecclesia prouenientibus.*

6 *Dominus directus agnato præfertur in retractu emphyteusis.*

8 *Proximior inter plures agnatos præfertur, aliàs partier admittuntur, nisi vnus contestando præoccupauerit.*

10 *Ciuium appellatione in priuilegijs veniunt vicini.*

CONSILIVM XXVII.

a Viso Themate a & his, quæ egregiè adducta sunt per dominum consulentem, omissa disputatione super validitate statuti, in quo nemini dubium est illud valere, saltem quoad hoc, vt comprehẽdat laicos. Venio ad primum

1 dubium, quo quæritur,† an si dicta alienatio facta est scientibus illis, quibus ex forma statuti denunciandum erat, præiudicet eis talis scientia, adeo ꝙ non possint venire ad rescissionem dicti contractus? Et omissis argumentis ad partes; cõcludo breuiter, quòd non obstet scientia, nam quamuis in dubio denunciatio præsumatur non de substantia, sed de scientia, quia denunciationes fiunt ad certiorandum. l. itẽ ueniũt. §. petitam. de pet. hær. l. aut qui aliter. §. si forte. ff. quod vi aut clam. & ideo in dubio videatur sufficere sola scientia secũdm Dyn. in c. cum qui certus. de reg. iur. & Cy. in l. emptor. C. de eui. & Io. An. in c. fi. de emp. & ven. & Bar. in l. denunciasse, in princ. de adul. Tamen fallit secundum Iac. de Bel. vt no. in l. emptor. C. de euict. nisi lex requirens denunciationem procedat vltra, dicens actum factum aliter non uelare, quia tũc denunciatio erit de substantia, & non sufficiet scientia. facit, quod signanter no. Bal. in l. 1. ff. de lib. & posth. quem ibi sequuntur Mod. & Petr. de Anc. in rep. c. canonum statuta, in versi. quæro, quod etiam si statuto cauetur, ꝙ no. &c. & Ro. in l. hac consultissima infra prox. alleganda, vbi dicunt, quòd licet sufficiat rem taliter demonstrari, quod sit certa, nec de modo certitudinis curetur, d. l. 1. ff. de lib. & posth. & l. cer-

2 rum, ff. si cert. peta. † Tamen fallit, nisi modus demonstrandi sit de forma, vt quia statutum dicat, quòd in instrumẽtis conficiendis rabellio deber ponere nomen, pronomen, & cognomen, & statutum procedat vltra, actum annullando, si hoc nõ fiat, nam tunc non sufficit alterum tantum prædictorum ap ponere, etiam si apponatur nomen singulare, vt Gallopressus vel similia, allegat. l. hac consultissima, cum gl. C. qui test. fac. pos. & no. in l. ad testium, §. conditionem. ff. de test. in fi. magnæ gl. bene facit, ꝙ no. Sali. in l. statutis, in prin. post Bal. ibi C. de senten. ex breui. reci. vnde succedit tunc illud, quod dixit Dyn. in d. c. cum qui certus, cum concordantijs supra alleg. ꝙ vbi denunciatio est de substantia, non sufficit simplex scientia per d. l. denunciasse. in prin. de adul. & dicit etiã Bal. in c. 1. in rit. si de feu. vasa. ab aliquo interpel. fue. sequendo Dyn. quod vbi lex exigit denunciationem, non sufficit sola scientia, quia denunciatio est de substantia, sed si lex requirit solam scientiam, tunc scienti non est denunciandum, vt ibi per eum, sed statutum prædictum in rubro, & in nigro dicit, quod volens alienare teneatur denunciare personis ibi enumeratis, & quod contractus aliter factus non valeat ipso iure

b ergo b requiritur denunciatio, & non sufficit scientia. Præterea statutum prædictum requirit non solum, quòd denuncietur personis ibi enumeratis, sed quod etiam expectẽtur dictæ personæ per octo dies, antequam procedatur ad alienationem, & ante non liceat alienare, sed solum post terminum octo dierum illis recusantib. emere, seu habere, vnde si dicta alienatio facta fuit intra terminum octo dierum à die scien-

3 tiæ, adhuc constat, ꝙ alienatio non valuit. † Fortius etiam videtur, quod dato, quod esset facta post dictos octo dies a die scientiæ, tamen non valuerit, & possint ibi personæ enumeratæ rescindere contractum, vt dicit statutum, nisi appareat, ꝙ dictæ personæ expresse recusauerint, velle emere, vel habere, accipiendo expressam recusationem, prout infra declarabo hoc probo per l. fi. in prin. C. de bonis quæ lib. vbi dicitur, ꝙ si filius recuset adire hæreditatem aduentitiam sibi delatam pater poterit adire per se, tamen illud intelligitur, quãdo expresse repudiat, non autem quando tacitè permitteret filius sibi labi tempus præfixum ad agnoscendum, vel repudiãdũ, nisi malitiosè filius hoc faceret, quia tunc satis filius dicereꝛur recusare, ita signanter declarat Bald. in l. si is qui hæres. §. denique de acq. hær. per d. l. fi. iuncta. l. recusare. ff. de acquir. hær. & alij communiter hoc sequũtur. Moueor tamen magis

4 ex his quæ prius adducta sunt. † Quantum autem ad secun

c dum dubium, an dictum statutum locum habeat in alienante vtile dominium rerum feudalium, & huellariarum, & habitarum a principe, præsuppositio quod princeps nolit dissentire alienationi vtilis dominij, nec vti prælatione aliqua circa dictam alienationem? Et dico, quod sic, nam licet res liuellaria, seu feudalis, vel emphyteutica non debeat alienari, nisi requisito domino, tamen si facta fuerit, valet, nisi dominus voluerit eam esse nullam, seu non valere, ita declarat Sal. in l. fi. C. de iure emphy. in ver. quæro, an ipso &c. & Ioan. de Imo. in rep. c. fi. de præscr. in ver. & adde, an per illa verba cadat a iure suo, mouentur, quia isti duo casus æquiparantur, scilicet cadere à iure suo propter non solutionem canonis, uel propter alienationem factam irrequisito domino. cap. potuit. de loca. sed per non solutionem canonis, licet cadat a iu

d re suo, tamen non cadit nisi volente d domino. l. 2. & ibi no. Doc. C. de iure emphy. not. gl. in l. 2. ff. si ager vec. ergo ita esse debet in casu alienationis, & ita etiam vult Io. de Imo. in c. 1. de feu. facit, quod no. gl. & Doc. in l. quod dicitur. la grãde. ff. de impen. & in l. si peculium. §. fin. ff. de pec, & quod not. Bar. in l. 2. ff. de excep. rei iudi. ergo si princeps non contradicit dictę alienationi, iudicamus de illa, prout de qualibet alia alienatione rei liberę spectantis ad alienantem. ad hoc etiam bene facit id, quod concludit Petr. de Anch. in consi. 433. in-

5 cip. Postquam ista domina fuerat &c. ubi uoluit † quod statu-

e tum laicorum e dispones de bonis subditorum, uendicet sibi locum in utili dominio, quod haberẽt laici in rebus spectantibus ad ecclesiam quoad directum dominium, quãuis quoad directum dominium, & alia bona non subiacent statutis, prędictis, hanc quęstionem etiam in terminis ponit Gul. Bal.

6 & Angel. in l. antep. ff. de pact. vbi quęrunt; pone † quod ex-

f tat f cõsuetudo, ꝙ proximior de genere admittatur intra an-

num

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

num ad redimendã,& ad aduocandã rem per alium de gene re alienatam,& contingit, ꝙ emphyteuta alienauit irrequisito domino rem emphiteuticam, an præferatur in recuperan da dominus,iuxta.l.fi.C.de iure emphy.an proximior de ge nere:& dicũt,quod ſi dominus directi dominij voluerit præ ferri,præfertur,arg.l.ſi cum dotem.§.fi.fol.mat.quia illa con ſuetudo in dubio debet intelligi,vt non præiudicet domino, ar.l.2.§.ſi quid a principe.ff.ne quid i lo.pu.& l.2.C.de nox. & per alia ibi allegata per eos.Idem etiam tenuit Gul.de Cu ne.& Ray.in l.ex facto.in prin.per illum tex.ff.de pec.Sentẽ runt ergo prædicti Doct.quòd dicta conſuetudo, vel ſtatutũ bene habeat locum in dictis rebus, ſed non ad præiudicium
7 domini.† Quando.n.dominus directus non vtitur iure ſuo, perinde eſt,ac ſi non extaret ipſe,vt probatur in l.ſiue.§.fi.ff. de iure patr.& in l.ſi ex modica.§. ſi filius,de bo.lib.in l.2.§. ſed ſi ſunt ſui,& ꝙ ibi no.Bar.ff.ad Tertu.& no.Bar.in l.1.§. filium in 5.q.ff.de bo.poſ.contratabu. dum dicit,quòd ſtatu tum diſponens, quod extantibus filijs maſculis filia fœmina non ſuccedat,intelligitur,ſi extant,& ſint hẽdes,ſecus ſi non ſint hæredes, vt quia nolunt, quia non obſtabunt filiabus,&
g no.Bal.& Sal.in l.maximum.de li. præt. Circa tertium 8 du-
8 bium,†an ſi tales coniuncti,vel conſortes,de quibus loqtur
h ſtatutum,ſunt pares,quis eorum præferatur:[h] eſt materia de qua in l.1.ff.de priu.cre. & in l.antepen. ff. de pa.& vtrobique notant Doc.Et puto dicendũ,ꝙ ſi vnus eſt magis cõiunctus,ſeu proximior,ille pferatur.l.fi.& qđ ibi notãt Doc.ma xime Bald.& Sal.C.de verb.ſig.l.cum ita.§. fi.de leg.2.& ille qui eſſet coniunctus,& ẽt eſſet conſors,pferetur,per d.l.1. de priu.cre.& d.l.antep.ſecundũ vnã lec.& ibi no.Doc.ff.de
9 pac.aliàs aũt pariter admitterentur, ſi pares ſunt, † niſi vnus præoccupaſſet litẽ conteſtando,quia tunc melior eſt cõditio
i ſua, & præfertur cæteris, ſm Pau.de Ca.li.1. conſ.221.[i] inc. In hoc paſſu duo ſunt &c.mouet,quia tale ius alienandi rẽ,eſt
K indiuiduũ, [K] vt no.Bar.in l.cui vſusfructus.ff.de vſuf.legato. dum allegat.l.ſtipulationes non diuidunt.de verb.obl. & per conſequens acquiritur cuilibet in ſolidũ.l.2.ff.de ver.ob.& p
✻ conſequens debet eſſe locus dictæ ✻occupationi[l] p litis cõ-
l teſt.l.ſi plurib.de leg.1.l.ex duobus, la 2. de duob. reis bene
m puto,ꝙ ſententia [m] lata contra vnum non præiudicet alteri. l.ſæpe.in prin. de re iud.c.quamuis. de re iud.& no.Bar.in l. 2.§.ex his,de verb.obl.ſaltem dum loquitur de ſententia lata cũ vno in ſeruitute conſtituenda. Quò ad vltimũ quæſitum,
10 †an in dicto ſtatuto comprehendãtur diſtrictuales dictæ ter ræ?Et puto breuiter ꝙ ſic, quia ita videtur eſſe mens ſtatuti, attento, quòd etiam comprehendit forenſes, nedum ciues, pro hoc, quod no.Bar.in l.2.de ver.ſig. dum dicit,quòd ap pellatione ciuium in priuilegiis comprehendantur ẽt comi-
n tatenſes, [n] per d.l.qui ex vico.cum ibi no.ff.ad municip.& p alia ibi allegata per eum:& idem voluit Bar. in l.ſi finita.§.ex hoc edicto. in fi.de dam.infec. dum dixit,ꝙ ſi condemnatur ciuitas (capiendo ciuitatem pro hominibus) veniunt omnes ſubditi ipſius ciuitatis, per d. l. qui ex vico. hoc etiam latius probat Bar.conſi.196.inci.ciuitati.Pet.de Anch.in c.fœlicis, in fi.de pęn.in 6. & in c. canonum ſtatuta.de conſti. Et licet circa hoc in contrarium aliqua adduci poſſent, tamen quia de mente ſtatuti ſatis conſtare videtur ex inſpectione dicti ſtatuti,volentis etiam comprehẽdere forenſes, nedum ciues, & diſtrictuales,ideo circa hoc latius non inſiſtam.

ADDITIONES.

a Viſo themate.] Andr.Tiraq.in tract lign.§.1.gl.13. num.3.verſ. quod ſi hoc.& §.36 gl. 2.nu.27. verſ. & illum nuncupatum.& verſi.certa huius. nu.28.Idem Tiraq.in tract.conuent. §.4.gl.7. nu.14.verſ.Et ego id puto. Ripa reſponſo 3.col.1.ſub tit.de donat. Roueſc.

b ¶Ergo.D Andr.Tiraq.in conſue.Picto.titu.retract.§.36.q.2. & 11.q. dixi etiam in conſue.Pariſ.§.13.gl 11.nu.5.cum ſeq.

c Quantum autem.] Andr Tiraq.in tract.lign.§.1.gl.3. nu.2.verſi.ex quo. & gl.13.nu.9.& in tracta.le mort ſaiſit in 5.declarat.4.part. nu.5.ver. & videmus quòd. Roueſc.

d ¶Volẽte.Supra lib. 2.conſi.173. ſupra lib.4.conſi.113.nu.3. ſupra lib.5. conſi.138. Ant.Bu.conſ.24.Rum.lib.C.de pac.Cur.ſen. conſ.81.Cur.iun. trac.feu.par.2.nu.155.And.Tiraq.repe.l.ſi vnquam,verſ.reuertamur.nu. 8 C.de reuo.dona.

e Quòd ſtatutum laicorum.] Amplia talia ſtatuta habere locum etiam in feudo,eum valeat argumentum de emphyteuſi ad feudum. Pariſ.conſil. 1.nu.147.lib.1. Roueſc.

f Quod extat.] D. Alex hic ſequitur Boe. deciſ.139. & dico.& deciſ.279. ſed quod.Tiraq.in tract.lign.§.21.gl.vnica.nu.4 Roueſc.

g Circa tertium.] Chaſſaneus conſent.Burg.rubr.10.§.1.pag.335. & Andr. Tiraq.in tract.lign.§.1.gl.2. & §.eodem gl. 10.nu.2. Roueſc.

h Præferatur.] Idem tenet Iaſ.ad l.1.C.de iure emph.col.5. & ibi col. præcedenti vult,qđ colonus teneatur potius fructus vendere domino, æquo pretio,quam alij,hinc dicit Affict.deciſ.238. quòd quando colonus antiquus vult dare tantum,quantum offert ſe daturum nouus,expelli non debet de prædio.Et dicit Dec.conſi.282.circa fi. quod conſors de æquita te præfertur,quando vult tantum dare,quantum alius, licet de ſtricto iu re ſecus.l.dudum.C.de contrahen.emp.Et illud de colono, Alex. non tenet,niſi in caſu quodam ſpeciali,conſi 80.col.5.lib.1.Et quod de ſtricto iure non procedant, tenet Paul.Caſt.conſi.32.Proprietarius finito. lib. 1. cuius tamen contrarium dicit conſi. 4.circa primum verſus finem,verſi. præterea ſi dictus lib.1. Fel.ad c.1.col.2.de Iudæ.Quibus adde ꝙ ei, qui inculta & ſterilia redegit ad culturam, auferri non debet conductio l. quæcunque. C.de omni agro deſerto,li.11.iaſ.de Rui.conſ.116.li.1.Natta.

i In conſi. 339.] Habes conſi.221.li.1.vult ibi Paul. Caſtr.quod habeat locum præuentio,vel poſito ꝙ ceſſaret præuentio, tamen agere poteſt conſors in ſolidum ratione indiuiduj,& ſi alter conſors nolit partem,ſibi acquiritur totum,quia in contractibus habet locum ius accreſcendi, l.fundus.ille.ff.de contrahen.emp.idem dicit Pau.Caſtr.conſi.74. In cauſa mota per D.Dorotheam.in fi.lib.2.Bal.conſi.133, lib.1. vide Tiraq. late in tract. de retract.fol.852. Natta.

k ¶Indiuiduum.Non ſimpliciter,ſed ſecũdum quid, vt copioſè dixi in l.4. §.Cato,de verb.obl.

l Dictæ præoccupationi.] Nota iſtud de præuentione,idem Ro. tradit conſil 47.Viſis neceſſarijs. Natta.

m Sententia.Dixi,in conſu.Pari.§.178.

n ¶Comitatenſes. Pet.Anch.repet.c.1.de conſt.conſ.537.Soc.d 1.in princ. de reſc.dub.Pan. conſil.52.li.2.Franc.Aret.conſil.77.Mat.Affict.de iure protomiſe.verſ.no.hæc,cõtrarium tenet Ang.auth. quibus mod.nat.effi. ſui.§.ſi quis igitur,& verius in priuilegijs, quæ ſunt contra ius commune,vt tradit Alex.in rub. ff.ſol.mat.& bñ,vide Fel.c.Rodulphus,de reſcr. Phil.Fran.c.ſi ciuitas,de ſen.exc.in 6 Soc.conſi. 86.lib. 4.Vide late Alex. poſt Imo.ad rub.ff.ſol.mat.col.4. Natta.

CONSILIVM XXVIII.

Lege ſupra li.2.conſi.44.quod hic duplicabatur.

h tate Castelli [h] in magna hereditate. nam pater habens filium masculum & plures fœminas reliquit filiabus certam quantitatem iure institutionis, & masculum instituit sibi vniuersalem hæredem, & si masculus decederet sine filijs, vel sine liberis, substituit pium locum, qui masculus adita hæreditate decessit ex eo superstite duntaxat vna filia fœmina, unde locus pius petebat hæreditatem ex substitutione fideicõmissaria refert ꝙ tunc quidam consuluerunt pro pio loco substituto, s. ꝙ illa verba, sine filijs, vel sine liberis, intelligerent de masculis tantùm, per aliqua ex his quæ supra deduxi. Sed, vt ipse refert, Doctores Bononienses, & Perusini consuluerunt contrarium, s. ꝙ illa uerba sine filijs, nel sine liberis intelligerentur etiam de fœminis, per l. 1. C. de condit. inser. & per l. cognoscere. §. liberorum. ff. de verb. sign. & per l. cum auus. ff. de condi. & demon. coniuncta l. cum acutissimi. C. de fideicom. ubi Imperator interpretando substitutionem, de qua loquitur tex. in d. l. cum auus, quę intelligebatur facta, si grauatus decederet sine liberis, declarat, ꝙ intelligatur etiam de fẽminis. & ita etiam dicit consuluisse collegium Auinio. & dicit Paul. de Cast, ꝙ ipse propter rationes facientes pro ista secunda opi. pluries postea recusauit velle consulere pro prima opinione illorum, qui tenebant, ꝙ intelligeretur tm̃ de ma-

6 sculis. Et dũ vltimò contigisset iste casus, dicit in d. consi. † sibi uideri esse distinguendum, s. ꝙ si substitutus esset de descendentibus masculis testatoris, & tunc uera sit illa opinio, ꝙ illa uerba, sine filijs, intelligantur de masculis tantùm, prout erat in casu posito per Fulg. in d. l. 1. & etiam in casu, in quo consuluit vltimò Paul. de Cast. in dicto consil. quo casu substitutus erat alius filius testatoris, nam in eo casu neptis præmortui filij non debuit excludere patruum substitutum,

quia

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

quia testator censetur habuisse respectum ad agnationē suā masculinam, & voluisse bona sua remanere in familia suorū descendentium masculorum: tum ex eo quia filias suas exclusit ab vniuersali institutione & substitutione, tum ēt quia masculos inuicem substituit, & hoc dicit esse hodie multum in vsu in Italia, vbi statuta disponunt, ꝙ masculi, & agnati fœminas excludant, vnde testatores cēsentur ad hunc cōem vsum habuisse respectum. qñ subiecta materia pōt hunc intellectum pati, ar. l. 1. §. sed si seruus. ff. de uen. insp. & quod no. Cy. in l. 1. C. de adul. & Bar. in d. l. liberorum, & melius facit, licèt ipse non alleget id, quod no. Bar. in l. hæredes mei. §. cū ita. ff. ad Treb. & in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. de ope. lib. & Pet. de Anch. in cons. 125. inci. Visis & rimatis actis, & rñdet ad d. l. cum auus, iuncta d. l. cum acutissimi, ꝙ ibi non dī, ꝙ filias excluserit à successione vniuersali, sicut erat in cōne sua vel ꝙ ibi loquitur fm ius commune, secūdùm ꝙ ita succedunt fœminæ sicut masculi. l. si. C. de libe. præte. Sed secundùm statuta neptis excluderetur à patruo, vnde testator vī ēt habuisse iustum respectum, vt dixi, & no. Bart. in locis supra proximè allegatis, vbi autē substitutus esset extraneus, prout erat in illa prima q. in qua pius locus erat substitutus, tunc dicit veriorem esse opi. ꝙ illa verba, sine filijs, intelligantur ēt de fœminis, vnde in proposito, cum ad istam substitutionem, qñ non superextat alius filius masculus testatoris, uocauerit testator matrem ipsius testatoris, quæ non est de agnatione testatoris. l. hac parte. & l. si spurius. ff. vnde cognati. l. inter agnatos. ff. vnde legi. & post mortem illius matris suæ substituit in certa re nonnullos, qui non erant de descendentibus masculis. i. non descendebant ex filijs masculis ipsius testatoris, an autem essent de agnatis masculis testatoris hoc comprehendere non possum neque ex verbis testī, neque ex
7 verbis thematis. † Vnde dico sic, aut illi substituti nō sunt de agnatis masculis testatoris, & apparet, ꝙ nulla subest ratio vrgens, propter quam non debent intelligi dicta verba de filijs masculis, & etiam fœminis, prout de iure communi intelligitur per d. l. cognoscere. cum aliis sup. alleg. Aut erant de agnatis masculis testatoris, & tunc aut erant tales, qui ex for-
i ma statutorum loci non excluderent ab intestato filiam dicti Antonii, & tunc idem per ea, quæ no. Bar. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. & in d. §. vt liber. dum facit mentionem ibi de dicto statuto. Aut erant tales agnati masculi, qui ex forma statuti excluſissent dictam filiam Antonii, & tunc adhuc puto, ꝙ cum tales agnati masculi non videantur substituti in vniuerso, sed in re certa, non videatur substituta pia causa, debet potius ad interpretandam mētem defuncti confiderari pia causa, quàm illa particularis substitutio agnatorū masculorum, per ea quæ no. Bar. in l. cum res. §. fin. ff. de le. 1. scilicet si plus erat illud, quod veniebat applicandū piæ causæ, quàm illud, quod veniebat applicandum agnatis masculis, facit. l. quæritur. ff. de ſta. ho. & l. legatis seruis. §. si vnus. de leg. 3. & videtur voluisse testator magis fauere dictæ neptī, quàm piæ causæ, vt no. expresè Bal. post Richar. Malum. in d. l. cum acutissimi. in ver. quæro, quid si testator post mortem, &c. bene facit, ꝙ habetur in 17. q. 4. c. fin. & quod no. in
8 l. si quis ad declinandam, in prin. de epis. & cle. † Præterea
K indistinctè videtur, ꝙ in casu, de quo quæritur, verior sit illa opinio, ꝙ sub illis verbis, sine fil. is, vel sine liberis, comprehendantur tā masculi, quàm fœminæ, quia in casu nō, qñ testator voluit dīam facere inter sexum masculinum & fœmi
l ninum, hoc expresè dixit, i vt patet in prima institutione, nam si instituisset simpliciter filios, comprehēdebantur tam masculi, quam fœminæ. d. l. si quis ita, in prin. ff. de test. tut. & l. si ita scriptum. in prin. de le. 2. Tamen quia voluit vno modo disponere, si nascerent masculi, & alio modo disponere, si nascerentur fœminæ, sicut ēt ab intestato diuersi modè secūdùm formam statutorū Italiæ succedunt masculi, & fœminæ, qñ pariter extant, expressit testator verbū masculus, ita er
m go m in sequenti parte testī, si aliud voluisset seruari, qñ decessisset Antonius, cū fœminina, & cum masculina prole, dixisset, si decesserit sine liberis masculis, vt in c. inter corporalia. de transla. ibi, vnde si de trāslatione idē fieri voluisset, qđ de cessione dixerat, & de translatione poterat expressisse. vñ apparet, ꝙ hoc casu quoad dictā substōnem voluit se conformare cum intellectu iuris cōis & naturæ, quę pariter vocat liberos vtriusque sexus. d. l. maximum vitium, & ita per hanc rōnem in effectu concludit Pet. de Ancha. in cons. 120. incip. Pro clariori decisione dubii, de quo supra, &c. Et per prædi-
9 cta patet, ꝙ non obstant allegata in ꝓrium. † Nam ea quæ no. Raph. Ful. in d. l. 1. procedunt & loquuntur, qñ alius, qui volebat venire ad substitutionem, erat de descendentibus masculis testatoris. & de eius agnatione, quibus descendentibus masculis apparuerat ex institutione testatorem magis fauere, quàm fœminis, sed substituti hic non sunt hmōi. Non obstat ēt ratio illa, s. ꝙ si ista verba, sine liberis, intelligerentur de fœminis, videretur testator prætulisse nepotem filiab. propriis ipsius testatoris, quia ad hoc respondeo primò, ꝙ per illa verba conditionaliter appolita in testō, videlicet, si decesserint
10 sine liberis, † non intelliguntur illi liberi positi in conditione esse vocati à testatore, sed remanent solum in dispōne iuris cōis, vt possint succedere patri suo ab intestato, sicut si illa verba non essent expressa, quæ subintelligebantur à iure. d. l. cum acutissimi, ita concludit gl. singularis cōiter approbata in l. Lucius, la vltima. ff. de hær. insti. quam ibi sequitur Iaco. de Are. Cy. Ray. Bar. Fran. Tig. Nic. de Neap. Bal. Ang. Raph. Cu. & Io. de Imo. & idem sentit glo. in l. ex facto. §. ex facto. in verbo defecisset. ff. ad Trebel. ibi dum gl. dicit, nec ipsi habent. &c. & Io. And. in addi. Spec. in tit. de testa. §. 1. ver. huic quæstioni accedit bimembris. q. Pe. de Ceruotis, &c. & Bart. in l. Centurio, in ver. quæro vlterius, quid si testator dixerit, si filius meus, & filii, &c. ff. de vulg. & pup. vbi etiam refert ita tenuisse Richar. Malum. & idem tenet Bar. in l. si cum dotem in prin. fol. ma. & in l. si sic. de leg. 3. & Oldr. ita consuluit in cons. 141. inci. Thema tale est, do. Canonicus, &c. ad finē consilii, & Bal. in l. ꝙ scitis. C. de bo. quæ lib. & in l. 1. C. de sum. Trin. in ver. venio ad fm, s. ad successionem intestati, & in l. si emancipati. in 8. opp. C. de colla. & in d. l. cum acutissimi, & Io. de Imo. Rap. Cu. & Pau. de Cas. in l. filiusfam. §. cum quis, de leg. 1. & Pet. de Anch. in c. si pater. in 12. no. de test. in 6. & Pet. de Ancha. in c. licet. de voto. & in repe. c. in præsentia, de proba. in ver. 19. quæro. & ibi refert, ꝙ ita consuluit Ray. & Pet. de Anch. d. cons. 120. & in cons. 305. qđ incipit, quia sup. consultū, & in cons. 126. inci. Ponderanda, &c. & Io. de Imo. & Pau. de Cast. & Lud. Rom. in d. l. ex facto. §. ex facto. & ibi refert Ro. ꝙ ita cōsuluerūt Pe. de Anch. Bar. de Sal. & do. Pe. de Nouaria. & D. Fran. de Zabarellis, & refert Ang. in d. l. Lucius, ꝙ pro ista opinione fuit iudicatum, & dicūt Io. de Imo. & Raph. ibi, ꝙ ista est cōis opi. à qua in iudicando non est re-
n cedendum, & pro ista opinione sæpe consului n per multa, ex quibus ostenditur hanc opinionem esse de iure verā, & quia iste non est principalis articulus noster, non discuto eum latius, vnde in proposito non est verum, ꝙ testator videatur prætulisse neptes filiabus, imò filias prætulit neptibus, quia filiæ fuerunt vocatæ per modum dispositionis & institutionis à testatore, neptes verò solū sunt positæ in cōdōne, adeò ꝙ testator nihil intelligit eis reliquisse. R ūdeo ēt ad hęc, ꝙ dato, ꝙ contingere posit casus, ꝙ melioris condōnis sit neptis q̄ filia, ut quia Antonius ab intestato, vel ex testō reliquerit hērditatē filię suę, i. nepti primi testatoris, tñ hoc nō est absurdū, quia neptis istud hēt ex persona patris, & eū repręsentat. in auth. de hęr. ab intest. §. 1. & in §. cū filius. Inst. de hęre. quę
11 ab intest. † & hoc non censetur hīe ab auo, quia quamprimū fuit hērditas Ioannis adita per Ant. desiit esse hęreditas Ioānis, & incepit esse hęreditas Antonii, ut no. gl. & Doc. in l. hęres, per seruū. ff. de acq. hęr. & in l. 1. §. veteres. ff. de acq. pos sel. & in l. per hęreditariū. ff. de acq. rer. do. Non aūt hēt ex eo ꝙ sit vocata ex testō aui, ut iam dixi. Posset ēt rñderi per ea quæ no. Bald. in d. l. cum acutissimi. ubi quærit quid si in terminis illius l. pater substituit unum ex filiis suis alteri filio,
12 an hēat locū illa lex, & arguit primò ꝙ nō: † tandem concludit contrarium, quia quam charitatem testator habuit ad filium, cui dedit substitutum, eandem continuatè vī habuisse ad nepotem descendentem ex ipso filio, quamuis alius filius testatoris esset simpliciter substitutus, nam intelligitur substitutus sub conditione, si ille, cui facta est substitutio, decesserit sine filijs, ut ibi: & per predicta patet responsum ad id, quod no. Bart. in d. l. Gallus. §. etiam. nam ibi tractat Bart. de personis, quæ erant expresè vocatę a testatore ad hęreditatem ex propria prouisione testatoris, nam in illis habet locū ratio ibi assignata per Bar. sed nos loquimur de liberis positis in conditione, prout ēt inerat de iure cōi, vnde expresio

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

eius, quod tacitè ineſt, nihil debet operari, l. 3. de leg. 1. & l. rectè. C. de fideiu. iuncta, d. l. cum acutiſſimi. Quinimò Ang. & Imo. in d. §. etiam tenent contra Bart. & illam opi. tanquã de iure verorem ſum ſolitus ſequi, ſed illa diſputatio hic nõ eſt neceſſaria. Et ſimiliter reſpondeo ad no. per Bar. in l. fi. ff. ad Treb. & per Bar. in conſi. 5. incip. Ang. &c. Ex quibus concludo, q̃ nõ euenit caſus ſubſtitutionis per prædicta & ſi Antonius deceſſit cũ vnica filia, nõ dr̃ deceſſiſſe ſine liberis. l. nõ eſt ſine liberis, de ver. ſig. & l. iubemus. in prin. iuncto ver. ſin autem. C. ad Treb. Nec curandum eſt. an dicta neptis ſit vniuerſalis hæres inſtituta a dicto. Antonio, vel in re certa. l. filiusfam. §. cum quis. & ibi plenè Doct. de leg. 1. Alexand.

ADDITIONES.

a Perſpectis.] Io. Dilectus cautela 17. ſub tit. de ſubſtitu. ſi teſtator. Ruinus conſ. 109. viſo teſtamento. col. fin. lib. 2. & conſil. 141. viſo teſtamento. col. 2. lib. 2. conſi. 142. col. 2. 143. prima quæſt. col. 4. lib. 2. & conſil. 144. proponitur in facto. col. 3. & pen. eod. lib. 2. & conſi. 146. Melchior Seraphini. conſi. 152 ponderatis diligenter. col. 5. lib 2. & conſi. 133. proponitur in themate. col. 3. conſil. 141. viſo teſtamento. col. 3. num. 10. lib. 3. Berous conſi. 119. ſubſtitu. num 27. lib 2. & conſi. 120. & ſi ſuper. nu 69. eod. lib. 2. Decianus conſ. 74. quæritur. col. fin. lib 3. Anto. Gabr. Rom. lib. 4. recep. ſent. reg. 2. ſub tit. de ſubſtitu. Roueſc.

b Vt fecit Antonius.] Addo Rubeum declarando conſil. 35. & docui. conſ. 9. col. 2. lib. 1. Ant. Gabr. Rom. lib. 2. recep. ſent. regula 6. iub titu. de fideicommiſ. Roueſc.

c ¶Liberis. Vide quaſdam limitationes per Bal. conſi 40. li. 3. Alex. ſupra li. 5. conſi. 178. Cor. conſi. 91. li. 1. conſi. 34. lib. 2. conſi. 173. littera. l. conſ. 275. 290. lib. 4. Adde Cep. cauſa. 1. in. conſ. 49. Alex. ſupra lib. 1. conſil. 127.

d Comprehenduntur.] Iſtud latè oſtendit Iaſ. ad l. Gallus. §. nunc de lege. col. pen. ff. de lib & poſthu. Natta.

e Licet. ſint naſculi.] Addo Dec conſil. 315. col. 2. Roueſc.

f ¶Conſuluiſſe. Vt Fulg. conſ. 38. nu. propoſito. ſequitur Barba. ſup. lib. 4. conſi. 52. Dec. l. 2. nu. 98. de regiur. & in conſi. 15. ſed hi peſſimè locuti ſunt, idem cum modificatione de qua infra eo. conſi. nu. 6. tenet Pau. conſ. 409. lib. 2. Cæp. cauſa. ciui conſi. 49. Soc. rep. l. cum auus. de condi. & demon. Ant. Ru. conſ. 62. Alex. l. quamuis. de verb. ſign. Vdalri. Zaſi. tract. ſubſti. ad fi. ſed malè dicunt, vt dixi ſup lib. 4. conſi. 52. nu. 1. & pro nepote contra ſubſtitutum latè conſuluerunt (& bene) Lud. Bolog. cum multis ſubſcribentib. ſup. li. 4. conſi. 53. Corn. conſi. 202. lib 3. Cer. ſen. conſil. 44. conſi. 63. vbi refert Paulum retractaſſe & pœnituiſſe, q̃ contra nepotem conſuluiſſet, tũ idem Curt. ſen. conſ. 40 conſuluit, & male contra nepotem, ſed in illo eodem caſu contrarium (& bene) conſuluit Iaſ. pro nepote conſi. 142. lib. 2. latiùs in l. precibus. C. de impu. & alijs ſubſti.

g Et dicta neptis.] Hanc quæſtionem latiſſimè præ cæteris verſat. & tractat Soc. in repe. ſeu prælectione l. cum auus. col. 52. cum plur. ſeq. ver. 3. quæritur de quæſtione valde ſolenni. Et vide Dec. latiſſimè conſil. 15. per totum. & ad l. 2. ff. de reg. iur. Natta.

g Tamen hoc.] Dec. conſi. 514. Satis nota. col. 2. & 679. viſo. in fi. Roueſ.

n In Chriſti.] Addo Dec. conſil. 495. Viſo. col. 3. nu. 15. & conſi. 514. ſatis nota. colum. 2. Roueſc.

i Statutorum loci.] Iſtud membrum valde amplectitur Ruin. conſi. 133. lib 3. & conſi. 93. in fi. lib. 2. Natta.

K Præterea.] Dec. ſequitur conſi. 480. in caſu col 2. Roueſc.

l Expreſsè dixit.] Iſtud ſequitur Curt. iun. conſi. 163. col. pen. vbi ita dicit limitari conſilium Pauli Caſtren. ſuperius relatum. Natta.

m Ita ergo.] Dec. in conſil. 567. in caſu occurrenti. & 568. domina Daria. & conſ. 581 viſo puncto. col. 3. Idem Dec. conſ 593. Viſo puncto & 599. conſului. col. 1. & Cur. iun. conſi 165. col. pen. Roueſc.

n ¶Conſului. ſup. lib. 2. conſ. 185. ſup. lib. 1. conſi. 108.

CONSILIVM XXXIX.

Lege ſup. lib. 4. conſi. 63. quod hic duplicabatur.

CONSILIVM XL.

Lege ſup. li. 2. conſ. 14. vbi plenius habetur.

SVMMARIVM.

1 *Feudum non venit in generali obligatione.*
2 *Promiſſio non faciendi controuerſiam non dat titulum.*
3 *Vaſallus tranſigens dimittendo feudum poſſeſſori non dicitur alienare.*
5 *Alienatio in pœnalibus non dicitur, niſi propriè quando transfertur dominium.*

CONSILIVM XLI.

Vide conſ. 95. inf. eod. lib.

a Viſo [a] themate & his de quibus in eo ſit mentio circa id de quo quæritur, vtrum alienatio videatur facta per dictum Rodulphum, & ſic dicatur incidiſſe in commiſſum per pacem factam inter ipſum Rodulphũ, & ipſam ciuitatem, in qua pace fuit concluſum, dictam villam remanere d. ciuitati. Cuius capituli tenor eſt in effectu videlicet. Quòd quælibet dictarum partium ſit & remaneat in poſſeſſione terrarum, & locorum, & rerum, quas dictæ partes, & quælibet earum tenet & poſsidet ad præſens, ſine aliqua lite, cã, vel moleſtia per vnam partem alteri mouenda vel faciendã vel inferẽda aliquo iure, colore, vel cauſa hinc inde ex cauſa prædicta, &c. Et concluſiuè reſpondeo, veram videri partem negatiuam. † Primò quia dicta generalis promiſsio caſu, quo dici poſſet alienatio faciens incidere Rodulphum in pœnam priuationis, non debet intelligi de bonis feudalibus, lege obligatione generali, ff. de pig. & l. 1. C. quæ res pig. ob. non poſ. vnde ad propoſitum dicit notab. Bar. in l. codicillis.

1 rem negatiuam. † Primò quia dicta generalis promiſsio caſu, quo dici poſſet alienatio faciens incidere Rodulphum in pœnam priuationis, non debet intelligi de bonis feudalibus, lege obligatione generali, ff. de pig. & l. 1. C. quæ res pig. ob. non poſ. vnde ad propoſitum dicit notab. Bar. in l. codicillis.

b §. inſtituto. ff. de leg. 2. quem alij ibi ſequuntur, q̃ [b] ſi quis generaliter obligauit bona ſua, non videtur obligare illa, quæ abſque incurſu pœnæ obligare non poterat. ita etiam vult Bal. in d. l. 1. C. quæ res pig. obl. non poſ. Ad idem eſt tex. optimus in c. t. de cap. qui cur. ven. & c. in generali. in tit. ſi de feu. fue. contro. inter do. & agna. vbi in generali alienatione facta

c a vaſallo non venit feudum, [c] niſi expreſsè dictum ſit. vnde Bal. in l. voluntas. C. de fideicom. colligit generaliter, q̃ in diſpoſitione generali non veniunt prohibita, per id quod habetur in d. c. 1. & idem no. Bal. in l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff. ſolu. mat. & Ang. in auth. de reſti. & ea quæ parit. in princ. vbi per ibi no. per glo. dicit, quod bona ſubiecta reſtitutioni, puta bona liuellaria, uel emphyteuticaria ſibi conceſſa vſque in tertiam generationem, non intelligitur obligare in generali obligatione facit l. ſi procurator. ff. de condi. inde. & l. 3. §. ſi procurator. quod quiſque iur. & l. pater, cum ſim. ff. quæ in frau. credi. cum ſim. Spec. etiam in tit. de pig. §. 1. ver. pen. dicit, q̃ feudum non cadit in generali obligatione, cum abſque pena non poſsit ſpecialiter obligari. cap. 1. de prohi. feu.

2 alie. per Fed. per d. l. obligatione generali. † Secundò principaliter moueor, quia relaxatio, q̃ facio de re exiſtente apud te, ut a lite vel diſcordia diſcedam, non tribuit tibi titulum, & ſic non dicor in te aliquo titulo alienare, vel diſtrahere, vt eſt tex. qui reputatur melior de iure in l. ſi pro fundo. C. de tranſact. & ibi no. Doc. & no. gl. in l. ſtipulatio iſta, in prin. in uerbo ſucceſſores. ff. de verb. oblig. & illam gl. dicit ibi Ang. eſſe diligenter notandam ad hoc, videlicet q̃ ſi quis promittat

d de re ſua exiſtente apud alium controuerſiam non mouere, non per hoc dr̃ transferre dominium, nec vſucapiendi conditionem in poſſeſſorem, cui ita promiſit. Et dicit Ange. q̃ illa glo. vult hoc generaliter in omni conuentione, vel pacto, ſed tex. in d. l. ſi pro fundo, ſm eum, loquitur tm̃ in tranſactione, ideo bene eſt notanda illa glo. ſm ipſum, & no. ẽt gl. in l. 1. ff. pro emptore, & no. Bal. in c. ſi vaſallus de ſuo, in fi. in tit. ſi de feu. fue. controu. inter do. & agna. hoc etiam decidit Bal. in c. 1. de controu. inter vaſal. & alium de beneficio ad finem, ubi dixit † q̃ ſi vaſallus tranſigit, feudum apud poſ-

3 ſeſſorem [e] dimittendo, non dicitur alienare ſecus ſi tranſigit tradendo feudum, ad hoc dicit eſſe caſum vnicum in iure in d. l. ſi pro fundo. & ſubdit, q̃ in omnibus alijs contractibus excepto illo, qui dimittit, transfert & alienat. l. quædam mulier. ff. de rei ven. & l. ſi ſponſalib. §. 1. ff. de iure do. & intelligi dẽt de alijs contractibus. ſ. de quorum natura eſt, q̃ transfertur dñium, vel quaſi, ut loquuntur iura alleg. per eũ aliàs ſecus, per no. per gloſ. Ang. & Moder. in d. l. ſtipulatio iſta in prin. illud idem voluit Bal. in d. c. Imperialem, in prin. de prohi. feu. alie. per Fed. in verſi. quæro, an vaſallus poſsit tranſige

4 re. † Quinimò ad hoc [f] ut dicatur tranſactio, non requiritur, f q̃ ſit lis in iudicio, ſed ſufficit, q̃ ſit extra iudicium de facto. l. 2. & ibi no. Bar. C. de tranſa. & no. ẽt Bar. in l. cauſas. eod. tit. prout vĩ q̃ etat inter dictas partes, quæ ſuper diſcordijs, &

5 controuerſijs extra iudicialib. ad pacẽ deuenerunt. † Tertiò principaliter me mouet, quia appellatione alienationis proprio ſumpto vocabulo venit ſolũ ille c̃actus, vel actus, per quẽ transfert dñium, vt l. alienatũ. ff. de ver. ſig. l. 1. cũ gl. C. de fun. dota. & no. gl. & Doc. in l. fi. in ver. hypothecã. C. de reb. alie. non alie. & gl. & Ang. in l. benignius. ff. de legi. no. Imo. & alij in c. epi. de reb. ecc. non alie. & hoc ideo potiſsimè dico, quia in inſtro inueſtiturę cõceſsionis factæ magnifico Comiti Roberto, & eius nepotib. pro ſe & deſcendentibus hæredib. &c. eſt reſtricta pena priuationis ad caſum, qñ oẽs dicti inueſtiti venderent dictã villã, vel eã diſtraherent, aut alienarent in totũ, vel in partẽ, conſtat aũt, q̃ Rodulphus nõ vendidit nec

6 ẽt alienauit, † quia diſtrahere & vendere ſunt ſynonima ſeu æquipollentia l. ſi ego. §. partus. verſ. interdum. in ver. diſtracta. cum gl. ff. de publ. l. com. diuid. §. fin. ff. com. diuid. l. cum res. & ibi no. C. de contrah. emp. & in materia pœnali, & præſertim in contractibus verba propriè & ſtrictè accipiuntur. l. quicquid aſtringendæ. & l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ff. de verb. obl. l. ſi preſes. & l. ſi interpretatione. ff. de pœnis.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

7 nis. Nec dr etiam alienasse, † quia in pœnalibus verbum alienationis, accipitur stricte & proprie, vt no. Doct. in d.l.fi. C. de reb.alie.non alie. & in d.l.benignius. post gl. Sed per dictum capitulum pacis solum est prouisum, ꝙ remaneat quælibet pars in possessione eius, quod tenet: de dominio autem vel quasi, nihil dictum fuit, ergo non est alienatio. Alexand.

ADDITIONES.

a Visc.] And. Tiraq. in tract. le mort. saisit. in 5. declarat. 5. part. nu. 16. vers. perindeque. vbi Alex. citat. in variis locis, & præsertim in consi. 95. infra hoc lib. 6. Roues.

b Sequuntur quòd.] Ant. Gabr. Rom. lib. 6. recept. sent. reg. 12. sub tit. de reg. iur. Roues.

c Feudum, sup. lib. 2. consi. 16. ad fi. sup. lib. 4. consil. 2. And. Tiraq. in consu. Pict. tit. rem. §. 1. gl. 3. nu. 5. cum seq. adde sup. li 5. consi. 25.

d Si quis promittat.] Regulariter tamen pactum, per quod acquiritur res, vel actio, dicitur alienatio, Alex. consi. 168. col. 2. lib. 2. Natta.

e Apud possessorem.] In oppositum facit, quod scribit Bart. ad l. null. ff. de transact. vbi ponit de prælatis vt non possint transigere. dimittendo rem penes aduersarium. Et vide ad d.l. si profundo. Bald. egregiè consil. 415. Præmittendum est ad euidentiam, lib. 1. Et obligatio personalis, non dicitur alienatio, ita per tex. in d.l. si pro fundo. dicit Bal. relatus per Alex. in consi. 118. col. 1. inf. feod. li. 6. Vide Cur. iun. in tract. feu. fol. 45. vers. 7. principaliter. vbi ponit illud de vasallo. & Las. ad l. iusiurandum quod ex conuentione, §. pupillus, ff. de iureiu. col. 1. In oppositum vero eorum, quæ Alex. hic scribit, vide Bal. & Sal. ad l. 1. C. si aduers. transact. vbi respondent ad tex. in d.l. si pro fundo. Natta.

e Apud possessorem.] Addo Craue. consi. 197 col. 2 nu. 7. post Alex. hic, & in consi. 95. hoc lib. 6. Roues.

f Quinimò ad hoc.] Idem tenet Paris. consil. 3. num. 24. cum plurib. seq. vol. 4. inferens ad alia in materia transactionis: quem vide. Roues.

CONSILIVM LII.

Lege sup. lib. 5. consi. 109. quod hic duplicabatur.

Consil. 43 inci. quia subtiliter &c. est portio consi. 119. sup. li. 2. vbi post nu. 10. inci. & ibi habetur de verbo ad verbum.

Consi. 44. lege sup. li. 2. consi. 120. quod hic duplicabatur.

Consi. 45. lege sup. li. 2. consi. 218. quod hic duplicabatur.

Consi. 46. lege sup. lib. 2. consi. 213. quod hic duplicabatur.

Consi. 47. lege sup. lib. 4. consi. 114. quod hic duplicabatur.

Consi. 48. lege sup. lib. 1. consi. 46. quod hic duplicabatur.

Consi. 49. lege sup. lib. 3. consi. 36. quod hic duplicabatur.

Consi. 50. lege sup. lib. 2. consi. 142. quod hic duplicabatur.

Consi. 51. lege sup. lib. 2. consil. 82. & supra lib. 3. consil. 40. & hic triplicabatur.

Consi. 52. lege supra lib. 3. consi. 41. quod hic duplicabatur.

EPITOME.

CONDITIO, si de Titio non remaneat hæres per lineam masculinam, non extat, quamdiu superest filius vel masculus descendens ex masculo vel fœmina immediatè descendens ex filio, vel masculo descendente ex masculo Titij, & tamen extat, si Titius relinquat filiam tantùm, hoc dicit.

SVMMARIVM.

2 *Filia dicitur de linea masculina. sed vide nu. 5.*

4 *Filia semel exclusa (nisi per uerba temporalia) semper remanet exclusa.*

7 *Nepos ex filia non dicitur de liberis masculis.*

11 *Conditionem momentaneam sufficit semel impleri, secus si habet tractum successiuum. nu. 12.*

CONSILIVM LIII.

Idem consil. 43. lib. 3.

a **Consideratis** [a] his, quæ in themate suprascripto narrantur, & visis quę subtiliter, & copiosè deducta sunt per Magnificum Equitem, & insignem Iurisconsultum dominum Octonem Nicolinum,

b consulentem in fauorem dicti Iuliani [b] puto in primis de iu-

1 te idem concludendum, † scilicet quòd verificata sit conditio illa ad. facta à testatore dum dixit & si de dicto Bartholomæo non remaneret hæres per lineam masculinam, dictæ possessiones debeant esse & redire ad hæredes d. testatoris, vt sup. etiam dixerat testator, quas possessiones d. Bartholomæus, & sui hæredes ex linea masculina habeant ad gaudimentum, & tenere & possidere possint in perpetuum, &c. dato ꝙ decesserit postea Bartholomæus superstite Gabriele eius filio legitimo, & naturali, & domina Mea filia legitima & naturali d. Bartholomæi, & sorore d. Gabrielis, qui deinde decesserit nullus relictis descendentibus masculis, sed tantum superstite d. dña Mea. & sic stat conclusio in discutiendo, an d. bina Bartholomæi dicat esse de hæredib. per lineá masculini d. Bartholomæi. & hoc primo. Scdo, an sufficiat, ꝙ remanserit Gabriel de linea masculina, dato ꝙ postea decesserit nullis superstitib. masculis ex ipso Gabriele descendentib. Et, vt

2 rectius intelligat, primò pôt adduci ʒ Iulianum † ꝙ d. dña Mea dr de linea masculina, per id qđ voluit gl. no. in l. Gallus. §. nunc de lege. in verbo, nã etsi. ff. de libe. & posth. quam ibi ponderant Bal. & alij post eũ, dicentes per illã gl. probari, ꝙ neptis ex filio meo dr esse de linea virili meorũ descẽden-

c tiũ. vñ fm eũ si quis receperit [c] fundũ in emphyteusim pro se & suis hrdibus descendentib. per virilẽ sexũ cõprehendetur nepos ex filia, fm eos, quia neptis dr descendens ex linea masculina, i. ex filio masculo, licet ipsa sit fœmina. & pro illa gl. allego tex. in d.l. lege duodecim tabularũ, ver. huius itaq; legis. C. de legi. hære. & in §. itẽ vetustas, Insti. de hære. q̃ ab inte. Circa fm posset ʒ Iulianũ adduci, quia vr ꝙ satis sit, ꝙ semel extiterit filius masculus ex Bartholomęo, s. Gabriel post mortẽ Bartholomæi, dato ꝙ postea decesserit Gabriel sine descendentib. masculis: hoc vr decidere Cyn. in auth. sed etsi

3 quis. in fi. C. de secun. nup. vbi quærit. † Rex dederat militi castrũ hoc mõ, do tibi castrũ istud, ita ꝙ habeas ipsum tu, & tui hrdes de corpore tuo descẽdentes, & si decedes sine hæredib. de corpore tuo descẽdentib. castrũ istud ad me reuertat. deinde miles decedit relicto filio hærede, postea decedit filius nõ relicto hrde de corpore suo, quærebatur, an castrũ p̃dictum dẽat ad regẽ redire? & dicit ꝙ tex. in d. auth. sed etsi quis facit, ꝙ sic, vbi primũ pactũ cõmittitur filijs existentib. si deinde filij moriantur, committit fm pactũ, s. illud, si decesserit sine liberis extantib. tñ decidit ʒrium, quia dispõ illius auth. hẽt rõnem in suis terminis, quib. mutatis non hẽt rõnem, vñ non pôt trahi extra suos terminos. l. qđ verò. & l. ius singulare. ff. de legibus. & pro ista parte allegat. l. pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. Subdit tñ ꝙ refert, an Rex dixit, do tibi castrũ, & volo ꝙ non deferatur hæredi nisi de corpore tuo nato, & tunc licèt primus, secundus, & tertius essent de corpore suo, si tñ quartus vel sequentes nõ essent de corpore suo, sed essent extranei, dẽt reuerti ad Regẽ, lege peto. §. fratre. ff. de leg. 2. Si verò dixisset, vt propositũ est, s. do tibi castrũ, vt habeas tu, & tui hrdes de corpore tuo descendentes, & si decedas sine hæredib. de corpore tuo descendentibus castrũ ad me reuertatur, tunc sufficit ꝙ peruenerit ad vnũ hę redẽ de corpore tuo, vt per dictum §. quindecim. istud idem tenet Bal. in l. fi. in 25. q. C. de hære. insti. vbi ẽt pro hoc allegat. l. ex facto. §. pen. ff. ad Trebel. & l. si quis hæredem. C. de

d insti. & substi. Idem ẽt tenet Bal. in d. auth. [d] sed & si quis, per

4 hoc ẽt dicit, ꝙ † si statutum disponat, ꝙ si quis habuerit aliquam filiam dotatam, ꝙ ipsi habenti filiam succedat masculus, & alii masculi descendentes ex ipso filio masculo, postea decesit ille filius sine prole, superstite dicta sorore dotata, an successio reuertetur ad sororem? arguit ꝙ sic, quasi priuilegium excludens sororem sit finitum. Item quia in exclusione fœminæ ponuntur soli masculi, ergo non excluduntur ab extraneis hæredibus istorum masculorum, contrarium decidit ipse per notata ibi per Cyn. quia filia semel exclusa remanet

e semper exclusa, nisi statutum vteretur verbis temporalibus [e] puta filia non succedat, quousque, seu donec extiterint masculi, allegat notata per Bar. in l. fi. ff. ad Tertul. ita etiam decidit Bal. in c. 1. per illum tex. in tit. Episcopum vel Abbatem. & Bal. in l. in quibus. per ibi notata per gl. C. de secun. nup. & per Bal. in l. si quis posthumus. §. fil. um. ff. de libe. & posthu. & in l. si quis filium. C. de inof. test. & Bal. & Sal. in l. 2. C. de li. præte. & Bald. & Ang. in l. Gallus. §. & quid si tm. in fi. ff. de lib. & posth. & Bal. in l. cum vxori. C. qñ dies le. ced. & Bar. in consi. incipiente. Pater habens filium, & in consi. incipiente. Iacobus quondam Vffodocii, & incipiente. In Nomine Domini proponitur quod pater. & Ang. in §. si quis autem. in auth. de hær. & fal. & in l. ei qui soluendo. ff. de hære. insti. & Pet. de Ancha. in consi. 220. quorum dicta hic non reuoluo, quia arbitror habere separatam rationem a casu nostro. ad propositum igitur videtur quod sufficiat quod semel ex Bartholomæo extitent hæres masculus licèt postea defierit. Sed præmissis non obstantibus puto in casu nostro contrarium.

5 Primo † quòd dicta filia Bartholomæi non comprehendatur appellatione hæredum lineæ masculinæ dicti Bartholomæi,

f hoc probatur, quia linea [f] masculina [g] descendentium incipit in primo descendente, [h] ut patet in cap. quod dilecto, &

g

h in c. fin. cum gl. de consanguin. & affini. ergo linea descendentium Bartholomæi incipit in liberis primi gradus, id est

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

in Gabriele, & in domina Mea. in Gabriele dicitur masculina linea initium facere, in domina Mea dr̃ linea fœminina initium facere. vnde in indiuiduo Pau. de Cast. in l. maritus.

6 C. de procur. quæritˌ † quid si quis recipit in emphyteusim pro se & suis hæredibus liberis ex linea masculina descendentibus, an comprehendantur filia fœmina recipientis, & dicit se consuluisse ꝙ non, quia linea non incipit in ipso recipiente, sed in suis filijs, vnde in filio masculo incipit linea masculina, in filia fœmina incipit linea fœminini sexus, vnde secundum eum idem iudicamus de filia, id est de principio lineæ, quod iudicamus de ipsa linea, vt probatur in d. l. maritus, inducendo, vt ibi per Cy. nam maritus non est affinis, sed dicitur principium affinitatis. l. non ideo. C. de hære. instit. & ibi no. in l. affinitatis. C. communia de suc. tamen idem iudicamus de marito, prout de affinitate, vt paret in d. l. maritus, iũcta. l. sed & hæ, in princ. ff. de procu. pro hoc etiam adducit Pau. de Cast. quod no. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver.

7 146. vbi dixit, † ꝙ si quis recipit in emphyteusim pro se & liberis masculis, non comprehendetur nepos ex filia: quia

i sicut fœmina i non includitur, ita nec aliquis ex eius linea. allegat. l. 1. ff. de iure immunitatis, de quo dicto facit mentionem Bal. in auth. si quas ruinas. in fi. C. de sacrosan. eccle. & in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius voc. & Ang. ibi in §. qui manumittitur, cum seq. & Bald. in l. 1. C. de condi. insert. facit etiam quod no. Io. And. in tit. de test. in addi. Spe. in rub. Et quod habetur in c. 1. §. hoc autem notandum. in titu. qui

8 seu. da. pos. † Fortificoˌ prædicta ɣ ex coniecturata mente te-

K statoris, quæ colligitur ex præcedentibus partibus testamenti. l. filiabus, in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. nam testator certa credita montium reliquit dicto Bartholomæo cum hoc, quòd si decederet Bartholomæus sine filijs legitimis, voluit redire ad hæredes vniuersales testatoris, & sic ad Petrum filium testatoris cum hac conditione, quod si remanerent ex dicto Bartholomæo filiæ fœminæ, officiales pupillorum & hæredes testatoris prædicti darent cuilibet earum florenos mille aureos pro suis dotibus, apparet igitur testatorem dilexisse hæredes testatoris in his etiam, quæ reliquit Bartholomæo magis, quàm filias Bartholomæi. Non obstat

9 id, quod no. per gl. & Bal. in d. §. nunc de lege, † quia respondeo, quòd ibi probatur, ꝙ neptis ex filio dicitur de descendentibus per lineam masculinam, quia descendit ex filio masculo, qui est caput lineæ masculinæ, sed nos loquimur de ipsa filia, quæ non dicitur esse de descendentibus per lineam masculinam, immo dicitur esse initium lineæ fœmininæ, & de ea iudicandum, vt de linea fœminina, vt est ostensum. Fateor, ꝙ si ex Gabriele extaret filia, & sic neptis Bartholomæi ex filio masculo, tunc non diceretur euenisse conditio, quia illa diceretur de descendentibus per lineam masculinam per no. per gl. in d. §. nunc de lege. Quo ad secũdum dubium vis consistit in videndo, vtrum illa decisio Cyn. & aliorum in d. auth. sed & si quis, sit vera, & i proposito decidat pro domina Mea. & primo dico, ꝙ Sal. in d. auth. sed & si quis. esset cõ-

10 tra Cy. vnde dicit Sal. quod † si rex dedit castrum vni militi pro se, & hæredibus ex suo corpore descendentibus, cũ hoc, ꝙ si decesserit sine talibus hæredibus, reuertatur castrum ad dominum, hoc continget, ꝙ miles decesserit cum primo hærede ex suo corpore descendente, si tamen decessit primus cum hærede extraneo. castrum debet redire ad dominum, etiam si non fuit concessum feudaliter. probat ipse, quia appellatione hæredem ex suo corpore descendentium. intelligitur de omnibus hæredibus in infinitum, dummodò sint ex suo corpore descendentes, vt fuit expressum. l. sciendum. & l. hæredis. ff. de ver. sign. Et vltra eos in proposito voluit hoc Bal. in c. 1. de feu. & ibi dicit, ꝙ si concessum est feudum alicui & suis hæredibus proprij corporis, intelligitur de omnibus masculis descẽdentibus in infinitum, allegat no. per Cy. in l. 1. in 1. q. C. de pact. ita etiam dicit Bal. in c. 1. quis sit inuest. & in c. quæ in ecclesiarum. de consti. Præterea posito, ꝙ uera esset opin. Cyn. tamen dico, quod si bene ponderentur verba Cyn. per ea videtur decidi casus noster in fauorem Iuliani. Nam Cyn. vult, ꝙ si sint adiecta verba illa, ꝙ si decedas sine liberis ex tuo corpore, castrum reuertatur ad me, satis est, ꝙ tu decedens cum hærede, qui erat de corpore tuo

11 tempore mortis tuæ, & † ratio est, quia verba fuerunt relata ad tempus, quo decedit. vnde sufficit, ꝙ illa qualitas verificetur in tempore mortis, scilicet quòd tunc habeat hæredem ex suo corpore, per l. ex facto. §. pen. ff. ad Treb. Sed ubi concedens non se referret ad tempus mortis ipsius recipientis, tunc Cy. vult quòd deficientibus hæredibus de corpore recipientis reuertatur ad concedentem, dato quod recipiens habuerit primum hæredem de corpore suo, unde si dicat: Concedo tibi castrum, & volo, quòd non deferatur hæredi nisi nato de corpore tuo: non sufficit, ꝙ primus & secundus esset de corpore, quia eis deficientibus reuertatur ad regem. allegat dictam l. peto. §. fratre. ecce ergo, quòd ubi verba non sunt restricta ad tempus mortis, intelligitur nedum in primo hærede, sed in omnibus hæredibus, adeo quòd illa qualitas est necessaria in omnibus: sed in quæstione nostra testator nõ se restrinxit ad tempus mortis, quia non dixit, si decederet Bartholomæus sine hærede masculinę lineę, sed dixit, si de Bartholomęo non remaneret hęres per lineam masculinam. verum est enim dicere non remanere hęredem per lineam masculinam, quia decessit Gabriel, & ex eo nullus superest

12 de linea masculina † & ubi conditio, seu dispositio est adiecta per uerba habentia tractum successiuum, non sufficit momentaneum implementum. l. si quis ita legauerit. ff. de cond. & demon. & l. si à te. ff. de ser. ven. no. Do. in d. l. si quis hæredem. Bal. in l. humanitatis. C. de impu. & alijs subsit. & in l. fi. C. de indicta viduit. per Ang. & alios in l. in substitutione. ff. de vulg. & pup. & Ang. plenè in suo consi. 34. Sed in casu nostro uerba, quę fuerunt adiecta in dicta dispositione, habent tractum successiuum, ut patet in illis uerbis, non remaneret hęres per lineam masculinam, quę uerba comprehendunt hęredes in infinitum de linea. Prętera illud uerbum in perpetuum, &c. sine dubio est uerbum habens tractũ successiuum, ergo vr̃, ꝙ ista conditio ad commodum Iuliani dicatur euenisse, & per hoc est responsum ad allegata in contrarium: hoc ẽt multum expresè deciditur per tex. in d. l. in substitutione, in fi. ff. de vulg. & pup. r̃m unum intellectum, quem ibi ponũt Bal. Io. de Imo. & Pau. de Cast. Nam in d. l. in substitutione. in prin. dr̃, ꝙ si testator substituit filio per hęc uerba, quisquis mihi ex suprascriptis hęres erit, idem filio meo hęres esto. sufficit quoad hoc, ut admittatur ad substitutionem ꝙ aliquo momento aliquis ex suprascriptis fuerit hęres testatoris, licèt non durauerit, sed defecerit esse hęres ante euentum casus substitutionis, secus si testator duos filios habens, scilicet Caium puberem & Lucium impuberẽ ita substituit Lucio impuberi, videlicet si Lucius filius meus impubes decesserit, neque mihi Caius filius meus hęres erit, Seius hęres esto. Nam tunc ad hoc ut excludatur substitutio, non sufficit, ꝙ Caius aliquo momento fuerit hęres, sed requiritur, ꝙ duraverit vsq; ad tps, quo euenit casus substitutionis, & ratio diuersitatis inter dictos duos casus secundum Bald. & Io. de Imo. & Pau. de Cast. ibi, quia quo ad excludendam substitutionem, & sic ad excludendum fauorem, non sufficit quem esse hęredẽ qũcunq;, sed requiritur, ꝙ duret, ut ibi in fi. quo casu ad excludendũ & admittendũ substitutũ, & sic fauorẽ, sufficit, ꝙ semel fuerit hęres, ut ibi in principio, ergo in proposito quoad excludẽdos hr̃des d. testatoris a substitutione, non sufficit, ꝙ aliquo momento remanserit de dicto Bartholomęo hęres per lineam masculinam, sed requiritur, ꝙ duret, & istud satis me ad hanc partem inclinat. Alexand.

ADDITIONES.

a Consid. ratis.] And. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. nu. 77. vers. id quod tamen. vbi citat Alex. in consi. 43. lib. 1. Andreas Gail. li. 2. pract. observationum capite 136. & 143. Rouesc.

b ¶ Iuliani. Hic hæres testatoris, qui vendicat a filia hærede legatarij possessionem legatas tamquam filius legato.

c Si quis receperit fundum.] Attamen statutum vocans agnatos ad exclusionem fœminarum, intelligitur de agnatis masculis, non de fœminis agnatis, vt est filia fratris, & amita, ut per Dec. consil. 319. colum. 1. & glos. ad dictum §. nunc de lege. procedit, ubi testator vocat descendentes per rectum texum, secus per lineam masculinam, Ruin. consil. 110. colpenul. lib. 2. Natta.

d Bal. in d. auth.] De hoc dicto meminit etiam Alex. consi. 29. circa finem lib. primo. Natta.

e Nisi statutum vocetur verbis temporalibus.] Suadetur veritas huius dicti Alex. traditis per Paris. consil. 72. nu. 102. vol. 4. Rouesc.

f ¶ Linea. Ad confirmandam erroneam conclusionem præcedentem sophistica vtitur ratione, quia testator non est locutus de linea descendentium, sed de linea masculina simpliciter, quæ incipit a patre, vel primo stipite masculo. Et sicut in mathematicis linea non est, seu non dicitur posito primo puncto tantum, sed incipit esse, vel dici addito secundo continuo puncto, & tamen non incipit a secundo, sed a primo puncto,

sicut

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

sicut finitur in vltimo & non in penultimo, ita & hic vbi vocamus lineã ad similitudinem elementorum mathematices, vnde hoc verbum apta metaphora mutuamur incipit ergo linea cognationis a patre, uel stipite, licèt nondum dicatur linea quamdiu solus est, vt ann. 1421. declarauit legens publicè arborem Aureilijs, præterea etiam si dixisset testator, si non remaneret hæres per lineam masculinam descendentium, adhuc idem esset, quòd filia includeretur in linea, quia si neptis ex filio, vel pronepotis ex nepote in ea includitur, ut fatetur Alex. nu. 9. multò fortius filia ipsa legatarij seu alterius sub ea conditione grauati. Et sic concludo, quòd Alex. malè contra filiam consuluit.

g Linea masculina.] Dec. sequitur consi. 319. præclarissimè. col. 1. & seq. nu. 2. vers. præterea dato. Roues.

h Descendente.] Coniuncti nobis ex nostro latere non sunt ex nostra linea, licet sint ex linea patris, vel aui, Dec. consi. 379. 1. dub. ubi bene declarat, quomodo aliquis dicatur esse de linea alicuius. Natta.

i Quia sicut fœmina.] Sequitur comprobando Rip. responso 12. nu. 23. cum seq. tit. de substit. in nouis. Roues.

K Fortifico prædicta.] Sequitur in terminis Paris. consil. 40. nu. 41. & seq. vol. 2. qui hanc conclusionem indubitatam dicit, quando testator considerauit descendentes per lineam masculinam, at quando masculos nõ considerauit, nec quòd bona conseruarentur in familia, tunc neptis reijcitur, ut per Paris. d. consi. 41. nu. 43. Roues.

SVMMARIVM.

1 *Pretij paruitas & pactum de reuendendo arguũt simulationem, & pacta insolita. nu. 2.*
3 *Contractus vsurarius vt probetur, admittuntur & sufficiũt probationes, quæ in alia causa non sufficerent.*
4 *Testis non deponens de qualitatibus fundi, non probat. & nu. 5.*
6 *Testibus affirmantibus plus creditur, quàm negantibus.*
7 *Pignoris in contractu nunquam præscribitur.*
8 *Error iuris non causat bonam fidem quoad præscriptionem.*
9 *Mala fides probatur per vnum testem, vel iudicia.*
10 *Emptor censetur malæ fidei, quãdo emit citra dimidiã iusti pretij.*
11 *Titulum habens ab authore malæ fidei præscribit.*

CONSILIVM LIIII.

Vide consil. 46. lib. 3.

Aliud Summarium.

Primum dubium est, an pactum de retrouendendo cum minoritate pretij faciat præsumi contractum vsurarum.

Secundum, an pars, quę vult, quòd sibi retrouendatur, possit excludi præscriptione temporis prędicti. & di.

Tertium est dubium, nunquid legatarius prædicti facientis pactum de retrouendendo vigore dicti legati, qui tenuit rem, quę debebat retrouendi, dicatur præscripsisse, & dicitur quòd non.

a Circa primum a dubium plura pro, & contra adduci possunt, verum, quia passus plurimũ tritus est, & res coram doctissimo agitur paucis expediam. dico igitur † quòd paruitas pretij b & pactum de reuendendo arguunt contractum simulatum, & uerè fuisse contractum pignoris aliter initum in fraudem usurarum, dato quòd non constaret emptorem esse solitum c fœnerari, hoc præcisè uoluit glos. in cap. conquestus, de usuris. quæ ad hoc reputatur singularis, mota per text. in cap. ad nostram. de emptio. & uendi. ubi Papa se fundat dictis duabus d circunstantijs, uidelicet ex iniustitia pretij, & pacto de retrouẽdẽdo intra certum tempus, & hoc quando resolutio contractus uenditionis penderet à facultate uenditoris, prout in casu nostro, & hoc est, quod audacter firmat Anto. de Butr. in cap. illo nos. de pign. Idem ibi tenet Ioan. de Imol. dicens secus esse, ubi facultas resolutionis contractus uenditionis penderet à potestate emptoris, ut in casu dicti cap. illo uos. quia tunc si non concurrerent, nisi dictę duę circunstantię, tunc non præsumeretur contractus simulatus, & usurarius, & ita dicit procedere opi. Cy. in l. 3. C. plus valere quod agitur. istam opi. etiam tenuit Archi. in c. plerique. 14. q. 3. Host. Ant. de But. & Io. de Imo. in d. c. ad nostram. Idem tenet Do. Abb. in d. c. conquestus. Fortificantur ex his quæ dicit Bal. in rubr. C. de usur. & fruc. lega. in fi. vbi dicit, ꝙ si vendidi tibi fundum cum hoc, quòd post certum tempus deberes mihi reuendere, contractus redditur suspectus, si concurrat immoderata quantitas redituum, allegat no. per Arch. in præalleg. c. plerique. & sic nihil aliud voluit Bal. nisi, quòd si pretium est modicum respectu valoris rei & redituum, quòd tũc concurrente pacto de retrouendendo præsumatur contractus suspectus, hoc autem, quod pretium fuerit iniustum habito respectu ad valorem rei & ad reditus, deponunt apertè testes pro parte agentis producti, & ista opinio videtur magis communis, quæ etiam in dubio (cum sit magis tuta pro salute, & exoneratione animarum) est amplectenda. c. iuuenis. de spons. Concurrit & alia coniectura tradita per Io. And. in præalleg. c. ad nostram. vbi dicit, quòd inter alias fraudes, quibus vtuntur fœneratores in fraudem vsurarum contrahentes est ista, videlicet, quia vbi emunt rem aliquam cum pacto de reuendendo, nolunt quod de ipso pacto de reuendendo appareat in instrumento venditionis, sed in alio e de per se, prout seruatum fuit in casu nostro. Concurrit etiam alia coniectura, quia in illo instrumento, in quo promittit emptor reuendere intra certum tempus, actum est, quòd de tali reuenditione f ad melioris gabellæ solutionem teneretur reuendens,

2 † quæ sunt pacta insolita in veris venditionibus, & per consequens tanto magis arguunt contractum esse simulatum, vt no. Bal. in l. emptione. C. plus valere quod agitur. allegat in argumentum no. per gl. in l. si quis sub conditione. ff. de cond. insti. & idem Bal. in l. etiam. C. de execu. rei iud. Concurrit ét probatio testium, qui dicunt, quod publicè dici audiuerunt, quod talis cõtractus celebratus cum Do. Minotia fuerit contractus pignoris, & quod Minotia dixit, quod mutuauerat libras ducentas Bon. super dicta possessione, vt deponunt testes agentis, maximè tertius & quartus. † Nam ad probandum g contractum vsurarum admittuntur, & sufficiunt probationes, h quæ in alia causa non essent omnino sufficientes, propter excogitatas calliditates, quæ in contractibus fœneratorijs committuntur, vt no. Io. And. in c. ex literis, de iureiur. & in c. 2. eo. tit. lib. 6. & Pau. de Liaza. in disputatione sua incip. Contra instrumentum debiti opponitur, & per Petr. de Anch. in d. c. ad nostram. Si ergo contractus fuit simulatus, & censetur fuisse contractus pignoris, sequitur, quod ex tali contractu nullum fuit translatum dominium, nec possessio per venditorem. l. emptor. & ibi no. ff. de aqua plu. arc. & in proposito nostro patet in d. l. emptione. C. plus valere quod agitur. & ibi Doct. maximè Bal. non dubium ergo, quod potuit dictus Zacarinus velut dominus dicti fundi agere rei vẽdicatione, seu Publiciana, contra possessores dicti fundi, etiã dato, quod dicti possessores habuerint causam a dicta Minotia emptrice, vt est casus secundum intellectum Ioan. And. in c. cum constet. de pigno. Præterea agitur etiam per Zacarinum in dicto iudicio contra hæredes vniuersales Domiæ Minotiæ, & narratũ est dictum Zacarinum fuisse deceptum vltra dimidiam iusti pretij, & petitur contra hæredes iustitia ministrari, & probatum est per plures testes, videlicet ꝙ quinque, quod dictus fundus erat communis æstimationis librarum quadringentarum, & vltra, per quæ verba dicitur probatum, etiam rem fuisse venditam minus dimidia iusti pretij, & valuisse vltra 400. libras, & in specie not. Bald. in l. 2. C. de rescinden. vend. & in aliquibus lecturis habetur corruptè, vt apparet per Ioan. de Imo. in c. pen. de emptio. & venditio. & sic videtur, quod competat remedium l. secũdæ. C. de rescin den. venditio. scilicet vel quod suppleatur Zacarino iustum pretium, uel res reddatur, vt ibi, & in c. cũ causa, de empt. & vendi. Nec obstant testes recepti & producti per partem aduersam, quia nihil probant. † Nam primus i testis interrogatus in causa scientiæ, & super interrogatorijs partis aduersæ, dicit, quod vidit dictum fundum semel tantum cum vna domo ruinosa, & ꝙ postea nunquam vidit, nec deponit se vidisse tempore, quo fuit factus contractus dictæ imaginariæ & simulatæ venditionis, & sic cum non deponat de qualitatibus ipsius fundi tempore venditionis, non dicitur necessario seu concludenter probare, nam cõtingere potuisset, quia tempore celebratæ venditiones fuisset ibi nouiter ædificata pulchra domus, quam testis tunc non vidit, cum tunc nõ fuerit in fundo. hæc habentur ex no. per Bar. in l. 2. post gl. C. de rescin. ven. & Bart. in l. fi. C. de prędi. & omnibus rebus nauicu. lib. 11. Et in specie Bal. in d. l. 2. per tex. in d. c. cum causa. de emptio. & vendit. in verbo, venditionis tempore, & in c. cũ causam quæ inter Oeconomum, in verbo, vẽditionis tempore, de test. & l. si voluntate. C. de rescin. vendi. & no. Barto. & Ange. in l. pretia rerum. ff. ad l. Falcidiam. ex his etiam patet ꝙ secundus testis partis aduersę nihil probat, quia super interrogatorijs partis nostrę interrogatus respondit se nescire, an de anno venditionis dicta possessio esset broliua & bene auidata, & sic patet, ꝙ ignorabat qualitatem rei & reditus ergo non potest deponere de valore eius, vt l. pen. ff. de rebus eorum. l. si fundum per fideicommissum. in princ. ff. de legatis. 1. &

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tis. 1. & l. Imperator. ff. ad Treb. & no. Barto. in d. l. pretia rerum. & alij in locis supra proximè allega. Tertius testis partis aduersæ etiam adhibetur probat, pater, quia dicit, quòd nunquam vidit in dicta possessione extare domum. cuius contrarium paret per instrumentum venditionis. Non obstant aliqua instrumenta producta per partem aduersam ad probãdum valorem dictæ possessionis, quia illa instrumenta deponunt de alijs temporibus, & sunt singularia, & diuersa, nec est probatum, ꝙ illæ possessiones, de quibus in dictis instrumentis essent eiusdem qualitatis, cuius erat dicta possessio, vnde non probant, ut no. gl. & Doc. in d. l. 2. C. de rescin. vend. & ibi expresse Bal. & Io. de Imo. de emp. & vend. † Item semper plus creditur testibus affirmantibus valuisse vltra lib. 400. quàm testibus negantibus tantum valuisse, vt no. gl. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arb. & no. in c. 1. de præscri. in 6. & Archi. 3. q. 9. nihilo minus, & in specie Bal. in d. l. 2. C. de rescin. vend. & Imo. in c. pen. de empt. & vendi. Quò † ad secũdum dubium, de exceptione [K] præscriptionis respondetur faciliter pluribus modis, & primò ꝙ a tempore dictæ Minotiæ [l] non potuit inchoari præscriptio, quia ipsa erat in mala fide ratione dicti contractus, qui fuit & esse fingitur simulatus, & sic fuit contractus pignoris, per quem contractum pignoris res retinetur nomine pignorantis, & nunquam currit præscripto. l. malè agitur. C. de præscri. 30. anno. imò si præscriberet, diceretur præscribere ad commodum pignorantis. l. serui nomine. ff. de vsucap. l. 1. § per seruum qui pignoris, & l. pignoris. ff. de acqui. possess. & sententia rei alienæ semper impedit initium præscription s, c. fi. de præscri. & c. possessor. de reg. iur. in 6. & hoc de iure canonico, ꝙ attendendum est, cum agatur de materia peccati, vt in iuribus proximè alleg. no. & dato, ꝙ diceretur, ꝙ domina Minotia potuit ignorare dictum contractum non esse licitum, potuit æstimare, ꝙ contractus valuerit. Respondeo, † ꝙ error iuris non causat bonam fidem quoad præscriptionem, vt l. nunquam. in prin. & l. si fur. §. 1. & l. quemadmodum, C. de agric. & censi. lib. 11. quod est verum, etiam in præscriptione longissimi temporis, ut probat gl. iuncto tex. in c. apostolicæ. de dona. & Arch. 10. q. 3. quia cognoumus, & Pau. de Leaza. & Io. de Lign. in clem. 1. de reb. eccle. non alie. item in dubio præsumitur scientia iuris, nisi de ignorantia doceatur. l. leges sacratissimæ. C. de legib. & l. si hæres ab eo. in fi. ff. ad Trebel. quam l. ad hoc inducit Bal. in l. non fatetur. ff. de cõfess. licèt sit verum, quòd facilius probetur ignorantia iuris in muliere, quàm in masculo. ita dixit Bar. in l. fi. C. de iur. & fac. igno. per l. cum de indebito. §. 1. ff. de prob. & l. si adulterium cum incestu. §. 1. de adul. & l. 1. in fi. ff. de eden. & l. 2. §. fi. de iur. fi. de mala fide etiam probatur per testes, qui dicunt, ꝙ Minotia dixit, ego mutuaui libras ducentas super dicta possessione, licèt enim pars non fuerit præsens illi assertioni, hoc non fuit necesse ad probandum malam fidem, vt no. Bart. in l. Celsus. ff. de vsucap. dum quærit, qualiter probetur mala fides. Nam mala fides probari potest per sola indicia, ut est tex. no. ibi. Bal. in l. pen. C. de euict. & no. Ang. in l. 1. C. de vsucap. & transfor. & in l. super longi. C. de præscr. long. tempo. Sed cui dubium, ꝙ etiam vnicus testis facit indiciũ, vt no. gl. & Doc. in l. si quis. C. ad l. Iul. Maiest. & in l. maritus. ff. de quæstio. & plenè Bar. in l. 2. §. item Cornelio. ff. de quæstio. & in l. admonendi. post gl. ff. de iureiur. dato etiam q. dictus contractus non fuisset simulatus, sed verus, tamen quia erat rescissibilis dictus contractus per remedium dictæ l. secundæ. C. de rescin. vendit. quia deceptus fuit vltrà [m] dimidia iusti pretij, † ideo dicta emptrix [m] debet censeri malæ fidei, quando scit cõtractum posse rescindi, adeo, quòd non præscribitur, ita signanter decidit Ioan. de Imo. in cap. apostolicæ. de donatio. super gloss. in verbo. præscriptione ad hoc inducit. l. in causæ. in 1. §. interdum. cum seq. ff. de mino. licèt Anto. de But. in d. cap. apostolicæ. dicat se non recordari, vbi hoc sit decisum in re, & non decidit. Insuper tot & tanta tempora deducenda sunt ex forma statutorum de cursu dictæ præscriptionis à dicto tempore anni 1421. vsque ad tempus motæ litis, ꝙ nõ esset completa præscriptio. 30. annorum. Quò autem ad præscriptionem, quam allegarent Gaspar & Isabetta velut possidentes iusto titulo, & bona fide, in qua præscriptione inter præsentes sufficeret tẽpus decem annorum, iuxta l. emptor, & l. penul. C. de præscrip. long. temp. Respondetur, pluribus modis, primò ꝙ allegant habere titulum legati à dicta Minotia, quæ [11] fuit in mala fide, vt probaui sup. Sed † ita [n] est, ꝙ habens titulum ab authore malæ fidei non præscribit longo tempore, scilicet spatio 10. anno. vel 20. vt in auth. malæ fidei. C. de præscr. long. temp. Præterea non est probatum ꝙ ad Gasparem & Isabettam, quo tpe decesserit Minotia. & sic quo tpe inceperint possidere cum ti. nam lega. fumit vires à tpe mortis testatoris. l. à Titio. ff. de fur. l. legatum. la 2. ff. de leg. 2. l. hunc scripturæ. ff. ad l. Aquil. in prin. & plenè in l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. 1. & in l. si quis ita hæreditatem. ff. de condi. Insti. Item obstat dictis Gaspari, & Isabettæ deductio temporum, de quibus supra dictum est. Item ꝙ plus est, allegatus titulus legati habetur pro non titulo: quia codicilli, in quibus dr factum esse legatum, non sunt in memorabilibus, & ex forma statutorum sunt nullius effectus, sed ita est, ꝙ titulus reprobatus non tribuit iustam causam præscribendi, l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. 11. & l. fi. §. sin autem. C. commu. de leg. & c. dudum. el 1. de deci. Alex.

ADDITIONES.

a Circa primum] Aud. Tiraq. in præfat. retract. conuen. nu. 5. vers. neque id negat. vbi plures remissiones citat ex Alex. & alijs. Cranet. consil. 491. contractus. nu. 17. & sequen. Octauianus Cacheranus decis. Pedemontana. 42. quæritur. Rouesc.

b Quod paruitas pretij.] Quòd tria concurrere debeant, dicit Gozadi. ad ad l. 1. C. de pact. inter emp. & ven. nu. 153. Quidam verò dicunt, quòd stantibus illis duobus potest redimere post tempus, Soc. iun. alios referens consi. 104. lib. 3. Tiraq. de retract. fol. 825. Cagnol. ad d. l. 2. num. 65. Vide in materia huius respon. Alexandri. And. Sicul. consi 51. dub. 1. lib. 1. tenet opinionem Alex. hic, contrarium verò, quòd tres concurrere debeant coniecturæ, tenet Iaf. consi. 150. & 151. lib. 4. Dec. consi. 308. Et licèt non sit solitus fœnerari, tamen si accedit alia tertia præsumptio, contractus est feneratitius, vel simulatus, Affict. decis. 40, col. pen. Et duo inficere tenet idem Affli. deci. 65 Et quod requiratur illud tertium, quòd sit consuetus fœnerari, Bal. consi. 359. hunc passum tangit, lib. 5. ubi et dicit hanc sententiam esse communem. Et vide in materia optimũ consi. Baldi, quod est nu. 311. In quæstione Galuagni. lib. 5. & adde eundem Bal. consi. 361. Verba Bar. in fi. lib. eodẽ. ubi dicit tria requiri, & duo nõ sufficere & Dec. scribit consi. 648. vbi circa principium dicit, ꝙ onus retrouendendi & pacti ꝙ non vult tenere, nisi pro suo dato & facto, faciunt rem venditam minoris pretij. Vide eundem Dec. consil. 92. vbi tenet duo sufficere. Et vbi contractus habet originem à mutuo, illa duo sufficiunt, Rom. sing. 363. Quæro, an pactum. Cardi. ad clemen. 1. in §. cæterum. 3 q. de vsur. ubi etiam vult admitti in testem etiam prorenetas. Et ꝙ tria prædicta requirantur, tenet Alex. consil 109. col. pen. lib. 4. & 28. col. 2. lib. 5 Et quòd duo, vult Paul. Cast. ad l. primam. C. de pigno. act. Et ꝙ tria Dec. ad l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet. Hoc autem casu cognitio spectat ad iudicem ecclesiasticum, non autem fœcularem. Iaf. ad l. queries. nota 3. C. de iud. Soc. tenet, quòd tria requirantur, dicens hanc esse communem opinionem consi. 236. Præstantissimẽ. col. pen. lib. 2. & latius cõs. 248. Nunquid ex duabus. per totum. cod. lib. Idem censuit Ang. Aret. in com. m Instit. de excep. col. 23. in materia simulationis, quam tractat. Et quòd duo sufficiant, tenet Paul. Cast. consi. 109. visa petitione prædicta. lib. 2 Vide optimum consilium Petri Ancha nu. 257. Si prædicta sententia. In rustico autem hæc duo non faciunt præsumi contractum vsurarium, Curt. iun. ad l. si quis maior. versi. secunda dubitatio. quod ego intelligo quoad pœnam, ut ibi ipse loquitur. Tamen idem, quod Curt. scribi Iaf. ad l. si quis id, quod, no. 4. ff. de iurisd. omn. iud. Ferrat. caut. 17. Affict. ad c. 1. nu. 106. de feu. da. in vicẽ. l. cõmisso. Et ꝙ duo sufficiãt, scribit Cranet. consi. 156 vbi plures adducit auctoritates, & dicit ꝙ Consi. cismontanum sequebatur hanc opinionem. Idem dicit Ferrat. caut. prænotata. Cassad. 1. decis. sub tit. de vsur. vbi dicit, in palatio Apostolico semper ita fuisse seruatum. Et latissime cum hac opinione transit Gramma. deci. 76. scilicet, quòd tria requirantur. Ruin. consi. 16. dub. 2. lib. 4. & ꝙ duo. Patri consi. 55. nu. 30. lib. 1. Cagn. ad l. 2. C. de pact. inter emp. & vendi. Ambros. de Vigna. ad c. saluberrimè. nu 3. Soc. iunior. consi. 104. lib. 3. Et quòd tria idem Soc. consi. 50. lib. 1. Grat. consi. 39. & 157. in 2. Quod requirantur tria, tradit Bald. no. consil. 359. lib. 5. Cor. consi. 4. & 346. lib. 1. Pau. Cast. consi. 306. in fi. lib. 22. Natta.

c Emptorem esse soltum.] Tenet Guido Papæ. q. 516. Natta.

d ¶ Duabus. Idem Raph. Fulg. consi. 134. in q. versa. so Ana. consil. 58. Visis Barb. consi. 51. lib. 1. Bertr. consi. 86. lib. 1. consi. 219. Cum scriberem. consi. 235. Pretij vtilitas. consi. 287. cum præsupponatur, lib. 2. consi. 111. ponitur in facto. lib. 3. Matth. Affict. dec. 5. Neap. 65. sed imò ꝙ requirantur plures, vt tres præsumptiones, tenent Iac. de Aret. l. 1. C. plus va. quod agi. Pau consi. 74 lib. 2 Cæpol. tra. de simu. contra. in 6. casu. prin. Cor. consil. 346. lib. 1. Alex. supra, lib. 5. consi. 28. nu 4. sup. lib. 4. consi. 109. in fi. consi. 119. nu 4 Soc. cõ. 248. l. 2. & melius ut dixi in consu. Pari. §. 184. nisi tanta esset vilitas, ꝙ esset longè intra dimidiam iusti pretij, idem ꝙ tres præsumptiones requirunntur, tenet Contra. tra. de contrac. q 84. concl. 3.

e ¶ Alio. Quod fraudem auget. Cor. consi 41. lib. 3.

f Quod de tali reuenditione.] Vbi pacta omnia sunt in fauorem creditoris. & parum, in fauorem debitoris, contractus præsumitur vsurarius Car. ad cle. 1. § Ceterum. c. 3 de vsur. vbi vult, mediatores admitti in testes, & vide Abb. consi. 77 Tria succinctè. col. 2. ver. Quarta coniectura. fi. 1. vbi vult, ꝙ contractus præsumatur vsurarius ex eo, ꝙ debitor in retrouendicione promisit soluere onera gabellarum ad vtrumque contrahentium spectantia, & idem dicit Paris. consi. 55. nu. 56. lib. 1. Natta.

g Nam ad probandum.] Addo Crauettam in consi. 73. col. 2. nu. 7. Roues.

h Pro-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

h ¶Probationes. sup. li. 2. consi. 24. consi. 52. Fel. in rub. de prob.
i Non primus.] Cravet. consi. 430 dubium. col. 3. nu. 5. Rouesc.
k De exceptione.] Adde Dec. ad l. petens, col 1. C. de pact. vbi vult, quòd pacto de retrouendendo præscribatur. 30. ann. nisi contractus esset vsurarius, vt etiam dicit hic Alex. de qua re vide etiam And. Sic. consi. 55. dub. 2 lib. 1. & tenet Ias. consi. 92. circa fi. li. 3. vbi vult, eodem modo præscribi iuri, & facultati permutandi.
l ¶Præscriptio. Supra li 2. consi. 73. & quod non currat in materia vsuraria plene dixi in dicta vsur.
m Dicta emptrix.] Dixi in consi. 66. col. 2. hoc lib. 6. Rouesc.
n Sed nta.] Gabr. Rom. lib. 5. recep sent. reg. 5. sub ti. de præscr. Rouesc.

CASVS. Statuto Bononiæ posito sub rubrica, de successionibus ab intestato ascendentium & collateralium, inter cætera cauetur modo & ordine iunctis, videlicet. Agnati namq; masculi transuersales, seu alter ex illis vsque ad quartum gradum inclusiuè gradum numerando in qualibet parte nostrorum statutorum secũdum ius ciuile, præferantur omnibus fœminis transuersalibus agnatis, etiam infra dictũ gradum existentibus, præterquam personę defunctæ sororibus, vtrinque coniunctis, vel ex patre tm̃, vel filiabus fratrum masculorum personæ defunctæ similiter coniunctorum, saluis dispositis in hoc statuto, & saluo si ipsæ, vel aliqua earũ concurrerent cum patruo seu patruis, defunctæ personæ, quo casu cum eo, seu eis pariter admittantur nisi in bonis peruẽtis, vt supra ad defunctam personam a matre vel coniuncta psona per matrem dictarum sororum, vel filiarum, in quib. ius commune seruetur, & etiam prædicti agnati præferantur omnibus trãsuersalibus cognatis etiam masculis, & etiam in ius agnationis translatis, exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerunt ex dote, vel titulo lucratiuo, vt dictũ est a matre, vel cõiuncta persona per matrem defunctæ personę in quib. ius commune seruetur, nisi filij masculi, vel fœminæ vel alij liberi sororum vtrinque coniunctarum concurrerent cum fratribus matris defunctæ personę vtrinque coniunctis, seu eorum liberis masculis, vel alter eorum, quo casu ipsi fratres vel liberi eius in dictis bonis præferantur. Modò Petrus decessit relicto Ioanne fratre patruele in quarto gradu, & Colao fratre vterino in secundo gradu. Respond. Alexander. ℘ Ioannes præfertur & excludit Colaum, exceptus bonis obuentis defuncto a matre, vel coniunctis per matrem.

CONSILIVM LV.

Viso dicto themate & integro statuto sub rubrica, de successionibus ab intestato ascendentium & collateralium, puto casum istum esse in statuto prędicto apertissimè decisum. Nam cum statutum velit, quòd agnati masculi transuersales, seu alter ex illis vsque ad quartum gradum inclusiuè facta computatione gradũm secundum ius commune præferantur omnibus transuersalibus cognati etiam masculis, & etiam in ius translatis agnationis, exceptis certis bonis, quæ obuenissent a matre vel coniuncta persona, per matrem, & ita est, ℘ dictus Ioannes frater patruelis dicti Petri defuncti erat coniunctus dicto Petro in quarto gradu. l. iurisconsultus. §. quarto gradu. ff. de gradi. & Instit. eod. §. quarto gradu, & dr̃ agnatus, vt Inst. tit. de legitima agnato. succes. circa princ. & l. sunt autem. ff. de legiti. tuto. & non tractatur de bonis obuentis defuncto a matre vel a persona coniuncta per matrem, & dictus Colaus, qui erat frater vterinus dicto Petro, & per consequens erat sibi cognatus, vt in prædallegata, l. iurisconsultus, post prin. & §. cognationis, & licet hic per Iustinianum frater vterinus fuerit translatus in ius agnationis, vt l. memini mus. C. de legi. hære. tamen statutũ adhuc vult agnatos prædictos præferri cognatis translatis in ius agnationis, qui propriè non dicuntur esse agnati, vt patet in d. l. memini mus, in verbo tanquam consanguinei, quæ dictio tanquam, est nota improprietatis, c. solitæ, & ibi gl. in verbo, tanquam, extra de ma. & obe. l. pecuniam. ff. si cer. pe. no. Bar. in l. 1. in
1 fi. princ. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. † Et quod isti trãslati in ius agnationis nõ sint proprie agnati, nec comprehendantur sub statuto faciente mentionem de agnatis, not. Bald. in l. lege. in fi. & in d. l. memini mus. C. de legi. hæredi. & in c. 1. an agnatus vel filius, in vsibus feudorum, & statutum hoc clarè exprimit in casu nostro. Accedit ad confirmationẽ prædictorum decisio Io. And. in additio. Spe. in tit. de succes. ab inte. in rub. & Bal. in l. scimus, in prin. i 7. quæstio. C. de inof.
2 test. vbi sequendo disputationem Iac. de Are. † dicunt, quòd si statutum disponat, ℘ frater possit repellere sororem a successione patris, & contingat decedere annũ relicta nepte ex filio prædefuncto, & nepote ex alio filio prædefuncto, nihilo minus dictum statutum vendicabit sibi locum in dicta nepte & nepote, qui adinuicem sunt frater & soror patrueles, & sic frater & soror appellantur, vt in d. §. quarto gradu, & etiam appellatione patris, de quo fiebat mentio in dicto eorum statuto, comprehendebatur auus, l. iusta. ff. de verb. sign. ergo secundum eos cum verba statuti pariantur, poterit dicta neptis excludi à nepote eam dotante, & huic conclusioni conuenit etiam mens statuti secundum eos, ut agnatio cõseruetur, per quam conseruatur dignitas familiæ. l. 1. §. si seruus, ff. de vẽ.
3 inspi. & argu. ff. de leg. 1. l. ab omnibus, circa principium. † Et
a familia [a] propriè consistit in agnatis, l. pronunciatio. & l. familiæ, ff. de verb. sig, & sic secundum eos inspecta ratione statuti, idem debet esse in dictis fratre & sorore patruelibus, quod est in fratre & sorore secundi gradus, quia vbi ratio statuti, vel cõsuetudinis locum habet, ibi etiam habere debet locum statutum, vel consuetudo l. 1. cum ibi nota. C. quæ sit long. consue. & in l. de quibus, ff. de legib. & ideo dictum statutum in §. dicti vero fratres &c. velit, quòd fratres vtrinque coniuncti, vel etiam ex parte tantum præferantur fratribus & sorori bus vterinis tantum, & sic voluit statutum inducere, ℘ agnati, i. fratres ex latere patris tantum, præferentur fratrib. vterinis, id est cognatis, etiam in bonis quæstis a defuncto, cuius contrarium disponebat ius commune, vt in auth. post fratres, la 1. cum glo. C. de legi. hæredi. & not. in auth. itaque C. communia de successio. apparet præsertim inspecta ratione dicti statuti, quòd intentio ipsius statuti præferentis fratres ex latere patris ipsis vterinis fuit velle etiam præferre fratres patrueles ipsis fratrib. vterinis, vt dicunt Io. And. & Bal. in dictis locis. Ex quib. breuiter concludo, dictum Ioannem præfato Colao præferri debere in successione. Alex.

ADDITIO.

a Et familia.] Adde a contrario sensu, quod fœminæ non conseruant bona in familia, & agnatione, quinimo per eas bona transeunt, & in alienas familias transferuntur, cum eorum filij sequantur agnationem patris, & non matris, vt per Paris. consi. 1. in 3. col. nu 26. vol 3. Rouesc.

CONSILIVM LVI.

Vide supra li. 2. consi. 75. quod hic duplicabatur.
Consilium 57. Lege sup. li. 3. consi. 68. qđ hic duplicabatur.
Consiliũ 58. Lege sup. li. 2. consi. 72. quod hic duplicabatur.

CONSILIVM LIX.

a Visis [a] verbis dicti instrumenti, & consideratis casib. contingentibus, de quibus in themate, concludo breuiter in primis, quod hæredes Dominici non possunt petere vltra tertiam de rebus acquisitis & appropriatis post dictum instrumentum compositionis & transactionis, & iste casus est clarè, & formaliter decisus ex verbis dicti instrumenti in vers. Item ℘ de omnib. & singulis bonis acquirendis in
1 futurum per dictas partes &c. † Et idem dico de reb. quæ dicti transigentes post dictam transactionem conduxissent ad longum tempus, & sic acquisiuissent vtile dominium, iuxta l. 1. in fi. cum l. seq. & ibi no. ff. si ager vect. vel emph. pet. & in c. 1. de inue. de re alie. fac. & l. 1. §. quod autem ait, & ibi not. ff. de superfi. & intelligitur tempus decem annorum esse longum tempus quo ad istud ppositum, vt plenè per gl. & Doc. in d. §. quod autem ait, etiam in d. l. 1. in fi. cum l. seq. ff. si ager vecti. & in clem. 1. de ele. & no. Do. in l. si filio, §. fi. ff. sol. ma.
2 cũ fim. idem etiam si conduxissent ad modicũ tempus, † nam
b illud ius [b] conductionis, & actio quæ competit pro tali conductione & obligatione veniunt appellatione bonorum l. bonorum appellatio. §. in bonis, & l. principes bona, ff. de verb. sig. l. si legatus. §. si quis bona, ff. ad Treb. per Bart. in l. Quintus. §. argento. ff. de au. & arg. leg. Et sic illud ius conductionis debet spectare ad hæredes Dominici pro tertia parte: ex his patet, quod iura locationum, & conductionum factarum post dictum instrumentum debent pro tertia spectare ad hæredes Dominici, de rebus vero immobilibus acquisitis ante dictum instrumentum constat, quod hæres Dominici non debet habere dimidiam ex forma eiusdem instrumẽti. Quan
3 tum † autem ad dictas libras centum & septem exactas, aut debitas ipsis fratribus in vita Dominici, puto ℘ seruari dẽat illud, quod disponitur in dicto instrumento in vers. item ℘ omnes & singuli vsusfructus & introitus recipiẽdi deinceps per dictas partes ex oĩb. suis bonis, & rebus tam mobilibus, quam immobilib. vsque ad diem & tempus mortis dicti Dominici, & dictæ diuisionis faciendæ inter eos, sint & debeãt, ac intelligantur communes esse, prout erant ante præsentem

transa-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

transactionem, compositionem &c. Cum ergo quantitas librarum centum & septem, quæ præstanda erat dictis fratrib. & Dominico locatorib. per dictum conductorem occasione fructuum percipiendorum, cesseatur esse de fructib. quia pensiones debentur annuatim, sicut & annuatim fructus percipiuntur. l. diuortio. §. si vir. & quod ibi Bal. ff. sol. mat. iuncta l. vsufructu legato. §. 1. & l. definita. ff. de vsufru. & expresse in l. si nauis, ff. de rei ven. cum simi. Nec ad hoc obstat, q̄ verba prædicti capituli loquantur de vsufructib. percipiendis in bonis & reb. suis, & istæ res, quæ fuerunt cōductæ per dictos fratres, & Dominicum, non dicebantur suæ. l. Quintus. §. argento. ff. de aur. & ar. leg. l. solum. §. meum. ff. de rei vendicat.

4 †quia respōdeo, q̄ illud est verum, quando illud pronomen
c suum, profertur extra[c] dispositionem vniuersalem, vt si quis dixerit, lego argentum Meuij, vel seruos meos, vt ibi, & l. seruos cum l. ieq. ff. de leg. 3. secus si in dispositione vniuersali facta per hæc verba, videlicet de omnib. reb. & bonis. put fuit in proposito, quia tunc veniunt etiam, quæ non erant in dominio disponentis, & quę non poterant vendicari, vt no. Bal. in rub. C. de ver. sig. vbi dicit, q̄ veniunt etiam ea, quæ de facto tenebantur, alleg. dictam l. nam quod §. fi. iuncta l. cog. in prin. ff. ad Treb. quia illa verba ex reb. & bonis &c. sunt latissima verba d. l. bonorum, & l. rei appellatione. ff. de ver. sig. & istud etiam expresse voluit Bal. in l. 1. in versi. vlt. no. ff. de statu. homi. Et ita etiam colligitur ex doctrina tradita per Bart.

in dicto, §. argento. vbi vult, q̄ illa verba referantur etiam ad res pro quib. est nobis obligatus, seu actionem habemus, vt ibi per eum, & per Ang. in præalleg. l. si legatus. §. 1. bene facit id, quod concludit Fede. de Senis in consi. 279. incipiente. Quidam in suo testamento &c.† vbi dixit, q̄ ista verba, in fundis vestris &c. apposita in priuilegiis possunt verificari nō solum in fundis ad vos spectantib. ratione dominij vel quasi sed etiam ratione iurisdictionis. vel alterius subiectionis, vel curæ, aut gubernationis, ad hoc inducit tex. in c. olim cām, de resti. spo. cum concordan. vt ibi plenius per eum, & si presupponeretur, q̄ dicti fratres & Dominicus conduxissent illas res ad longum tempus, clarum est, quod venirēt sub illis verbis, in omnib. suis bonis & reb. quæ dicuntur spectare ratione vtilis dominij, & quò ad vtilem rei vendicationem ad ipsos conductores, & sic stabit conclusio, quòd quantitas dictarum librarum centum & septem sicut & alij fructus debiti vel percepti viuente Dominico debebunt in illa diuisione communicari inter omnes prædictos, sicut & cōmunicabantur ante dictum instrumentum tranſactionis, vt expresse continetur in instrumento, & si aliter non appareret, qualiter cō municabant dictos fructus ante instrumentum tra ſactionis, tunc dicendum q̄ de iure communicari & diuidi dēt per capita inter prædictos, vt declarat Bal. in l. 1. in 12. q. C. pro

d socio.[d] & in l. si patruus. in pe. q. C. communia vtriusque iud. & in tractatu suo de duob. frattib. & quia non referatur in dubium, an appareat qualiter communicabantur fructus ante dictum instrumentum, vel non, ideo in hoc non insisto.

6 †Quantum autem ad dimidiam pecuniariam, quæ reperiebā tur in domo, & penes ipsos fratres tempore mortis Dominici, respondeo, quod si istæ pecuniæ fuerunt exactæ a debitoribus creatis post dictum instrumentum, vt verbo constat, tūc fertur, & constat, quòd hæredi Dominici deberur tertia pars, quia iste casus decidi tur formaliter ex verbis dicti instrumēti in ver. item quod de omnib. & singulis bonis acquirendis &c. vbi autem non constaret, quod fuerint exactæ a debitoribus creatis ante dictum instrumentum, vel post, tunc posset esse dubium, cui incumbat onus probandi, an hæredi Dominici, quod fuerint acquisitæ pecuniæ ante instrumentum, seu exactæ a debitoribus creatis ante dictum instrumentum, an vero incumbat onus dictis frattib. probandi, quod sint acquisitæ post instrumentum, & ista est quæstio, quam decidit Bal.

7 in l. fi. §. fi. C. de ap. vbi† dicit, quod si testator legauit mihi vestes suas quo casu intelligitur de vestib. quas habebat tempo
e re testamenti, [e] non de illis, quas acquisiuit post, vt l. si ita. ff. de au. & arg. leg. & legatarius petat vestes omnes, & dicit, q̄ omnes habebat testator tempore testamenti, hæres autem dicit, quod non, cui incumbat onus probandi, & videtur Bald.

f decidere, quod incumbat [f] actori onus probandi, quia cum ipse fundet petitionem suam ex tempore, debet tempus illud probare. l. cum actum, cum ibi no. ff. de neg. gest. l. matre. C. de proba. & ita in cle. fi. cum ibi not. de reser. & ita in terminis etiam decidit Lud. Rom. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de ope. no. nun. in additionibus nouis, & latius disputat ipse in l. in illa. ff. de ver. obl. vbi dicit, quod istum passum non reperit in terminis specificatum, & tunc non fuit memor, quod Bal. tetigerat in d. l. fi. §. fi. & finaliter Rom. in d. l. in illa. post multa argumenta pro & contra concludit etiam, quod onus probandi incumbat actori, non autem reo: mouetur maximè ex his, quæ no. Bar. in l. si inter. in fin. ff. de reb. dub. & in l. 1. §. non autem. ff. de bon. pos. secundum tabu. & per not. per glo. in c. nulli dubium. 12. q. 5. & adde glo. in l. cum oportet. in prin. in verbo, eius substantia. in fi. C. de bo. quæ liberis. & glo. 13. q. 1. c. sint manifestę, & si per hæredem Dominici p̄baretur, quod sint acquisitæ ante dictum instrumentū, tunc tales pecuniæ & omnes aliæ res mobiles acquisitæ ante dictū instrumentum, & nomina debitorum acquisita ante dictum instrumentum remanserunt communia eodem modo, quo erant ante dictum instrumentum, quia de hoc non reperio in instrumento prædicto fuisse dispositum, sed solum fuit dispositum de reb. immobilibus acquisitis ante dictum instrumentum, quia fuit actum, q̄ deberent Dominicus & eius hæres habere dimidiam, & similiter bene facit dispositum, q̄ de omnib. bestiis, quæ reperirentur tempore diuisionis, Dominicus haberet tertiam, de alijs verò reb. acquisitis ante dictum instrumentum exceptis immobilibus & dictis bestijs, non fuit prouisum, & sic ille casus omissus remanet in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de cond. ob causam l. si cum dotem. in prin. ff. so. ma. & sic deberent tales res mobiles & nomina debitorum, & alia acquisita ante dictum instrumētum exceptis bestiis & immobilibus esse communes, & diuidi pro ea portione, pro qua erant communes ante dictum instrumentum. Qualiter autem, & pro qua rata essent communes ante dictum instrumentum, mihi non præsupponitur in pūcto, vnde habuerit originem eorum communio, nec talia præsupponuntur, ex quib. mihi constare possit pro quanta parte ad quemlibet prędictorum dicta bona ante di-

8 ctum instrumentum spectarent.† Quantum autem ad pecunias tractas post dictum instrumentum occasione fœtuum dictarum bestiarum venditarum, constat, quod debent esse communes eo modo, quo erant ante dictum instrumētum, & pro rata cōmunionis, quę spectabat ante dictum instrumē tum ad dictum Dominicum p̄ ea rata debet assignari dicto suo hęredi, quia hoc est decisum per illa verba instrumenti, in ver. Item q̄ omnes & singuli vsusfructus &c. vbi est prouisum, q̄ fructus percipiendi ex omnibus sui bonis & reb. tam immobilib. q̄ mobilibus vsque ad diē mortis Dominici, & di-

9 ctę diuisionis faciēdę sint cōmunes prout primo erat.† Nam sub appellatione fructuum rerum mobilium veniunt etiam

g fructus [g] rerum mouentium, id est animalium. l. mouētium. ff. de ver. sig. & idem est in omnibus alijs fructibus. Alex.

ADDITIONES.

a Visis.] Purpura. cons. 302. ex testamento col. 3. Roues.

b Nam illud ius.] Addo Decium consi. 381. colum. fi. in vltimo dubio incipiente, visis his. Roues.

c ¶ Extra. Adhuc idem, nisi disponens habeat tantum partem in re, vt contra communem dixi in consu. Paris. §. 1. gl. 5. nu. 18.

d C. pro socio.] Bal. ibi vult, quod illud quod acquiritur pro cultura, & cura rerum conductarum, diuidatur per capita, quia natura societatis diuidi fuerum operarum per capita. Et ponit ibi Bal. in duobus frattribus venientibus ad diuisionem, quomodo diuidere debeant. Nat.

e Testamenti. infra eo. consi. 171. nu. 1.

f Quod incumbat.] Istud etiam Ias. tenet ad l. non solum. §. sed vt probari. ff. de ope. nou. nun. Gram. consi. 1. posito post deci nu. 58. Nat.

g Veniunt etiam fructus.] Quòd veniant pecudes, vult Spe. in tit. de fruc. & interes. §. 1. ver. 3. quæritur, vbi etiam dicit, & appellatione mobilium venire etiam libros, aur. & arg. de quo etiam est gl. ad l. a Diuo. Pio. §. in venditione. ff. de re iud. Et mobilium appellatio, fructus separatos a solo, & pecuniam continet numeratam, vt per Dec. consi. 381. & latissime cōsi. 473. Cur iun. consi. 183. Et q̄ bestiæ comprehendantur, tradit Rui. consi. 32. li. 2. Et verum veniant fructus pendentes. Rui. idē consi. 134. col. pen. lib. 1. Pecuniam aūt computari inter mobilia, tradūt Cy. Alb. & Bal. ad l. ea demū. C. de coll. & Bal. ad c. 1. col. 2. si de feu. vasal. ab alio interp. Nat.

SVMMARIVM.

1 *In obligatione requiritur, quod interueniat stipulatio.*
2 *Per delegationem inducitur nouatio primi debitoris.*

CONSILIVM LX.

Fideiussio per quę verba contrahatur.

Viso titulo quęstionis præmissę, & duobus elegantissimis consilijs celeberrimorum dominorum consulentium, expediam me paucis, q̄m copiosè ab eis scriptum est. Concludo igitur, dictum Nicolaum posse se tueri pro

dictis

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

dictis quinquaginta ducatis ex summis,& quantitatibus per dictum Martinum datis dicto Francisco, quod sic ostenditur, de obligatione & promissione facta per dictum Nicolaum Francisco apparet per scripturam priuatam manu Martini, cui se subscripsit dictus Nicolaus, in qua scriptura(vt in themate narratu.) apparet & continetur in effectu,ꝙ dictus Nicolaus pro dicto Martino ꝓmisit soluere florenos quinquaginta, ad terminum sex mensium, per quam promissionem ita simpliciter factam intelligitur dictum Nicolaum promisisse,vt fideiussorem,seu accessorium intercessorem Martini, omnia.n.quæ conueniunt obligationi fideiussoris, videntur
1 interuenisse,† nam requiritur,ꝙ interueniat stipulatio.l.blanditus.C.de fideiuss.l.stipulationum alię,§.stipulatio.ff.de ver. obl.hæc.n.censetur interuenisse, quia interuenit scriptura cū verbo promitto,quæ dicitur probare stipulationē, & presentiam partium,vt in l.1.cum ibi no.C. de contrahen. & commi.stip.l.Titia,§.idem respondit, el 2.ff.de verb.obl.cum ibi notatis per Doct. §.si scriptum. Inst.de inu.stipu.& pro alio promisit, vt est natura talis obligationis, vt d.l. blanditus,in verbo pro alio interuenires. Inst.de fideiuss.in prin.& l.si pro te,ff.mandati, & post obligationem debitoris principalis ex interuallo contractam potest intercedere fideiussor.l.si stipulatus fum a reo,ff.de fideiu.l.si alienam, C. eod.titu.bene faciunt notata per gl. magistram in auth. de fideiuss. in prin.& in l.in personam.§.1.ff.de pac.& in l.si verò non remuneradi.§.si post creditam.ff. man.& in l. Stichum.§.si quādo,ff.de sol.& no.in proposito Io.de Imo.in l.delegare,la 1.ad fin.ff.
2 de noua. † Nec potest dici, quod fuerit delegatio per quam induceretur nouatio & liberatio primi debitoris principalis, l. quamuis.§.interdum. ff.ad Velle.& l.delegare,la 1.cum ibi no.& l.si rem.§.fi.ff.de noua.& in l.3.C.eod.ti.quia non apparet,ꝙ D.Nico. de mandato Martini tanquam debitor eius dictam promissionem fecerit, vnde nō potest dici delegatio, vt est tex.cum gl.in l.quāuis, §. si mulier apud in verbo, pro secundo,ff.ad Velle.& patet in §. argentariorum, cum gl. in auth.de fideiuss.& in proposito nostro firmat Bal.in l.2.C.de execu.rei iud.& Bal.in l.frustra.C.de non nu. pecu.& Ange.
a & Paul. de Castr.in l.qui vsumfructum. 1 ff.de verb.oblig.& Paul.de Cast.in d.l.delegare,& in l.singularia.ff.si cert.pe.& in d.§.si mulier saltem vbi in promissione facta p Nicolaum nō fiat adiecta illa uerba, ꝓmitto loco Martini, vel vice Martini,vt declarat Bald.in prælleg.l.fin. de excep.rei iud.& Io. de Imo.in l.pen.ff.de præt.stip.per d.l.delegare,& in prædictis casibus saluant opi. Bar.in l.singularia.cum concor.ff. si
b cert. petat.f.quod interuenisset delegatio facta a debitore de campsore b habente pecuniam debitoris delegantis,vel vltimò esset debitor,alias adiecta fuissent illa verba,vice debitoris,vel loco principalis producto per prædicta hoc etiam apparet sensisse Bar. per iura quæ ipse allegat,quæ in dictis casibus, seu similibus loquuntur,alias autem non uidetur,quòd sit inducta nouatio interuentu nouæ personæ.l.fi. C. de noua.& no.Bar.in cons.suo incip.tertius,& Bar.in d.l.2.& Sal. in l.pro debito.C.de bo.auth.iud.pos.& il.si filius.ff.ad Macedo.cum conc. supra alleg.hoc innuit manifestè text.in d.l. fi.in ver.nihil penitus, nā dictio penitus,idē importat.Alex.

ADDITIONES.

a ¶Consilium 62.Lege correctius infra consi.123.
b ¶Campsore.infra li.7.consi.173.

CONSILIVM LXIII.

Vide consi.95.lib.5.

Quomodo venditor teneatur specialiter certiorare venditorem de qualitate rei venditæ propter quam emptor fuisset minoris empturus si sciuit, & ad quid teneatur venditor, si hoc non fecit.

Item hoc verbum possessio, prolatum in contractu quomodo accipiatur.

a Diligenter a inspectis & consideratis his, quæ in themate continentur, videretur prima consideratione dicendum,Sempronium allegare nō posse, se duntaxat teneri ad soluendum pretiū detracto quanto minoris fuisset empturus,si tempore emptionis certior factus esset d. petias terrarum descriptas post medium d. scripturæ,esse de iure ecclesiæ, quò ad solutionem certi canonis
1 & capisoldi ex pluribus.† Et primò, quia de iure venditor tenetur specialiter certiorare emptorem de qualitate rei vēditæ, propter quam emptor minoris esset empturus.l.quot. in ver.specialiter.ff.de ac.emp. pōdero verbum specialiter,non
2 enim Iurisconsultus vsus est verbo singulariter. † Et aliud est demonstrare specialiter,& aliud demonstrare singulariter,& aliud demonstrare generaliter.l. fin.cum ibi no.C.quod cum eo.& l.si quis in prin.testamenti, cum ibi not.per Bar.in ver. quæro quid si testator dicat sic,cassans &c.ff.de leg.3. & l.Titius,in prin.cum ibi no.iunct. l.2.ff.de libe.& posth.l.1.cum ibi no.per Bar.in fi.ff.si quis in ius voc. non ie.no.Bar.in l.fi. C.si contra ius,& in l. 1.in 2.q.princ.ff. de vulg. & pup.& in dictis locis habentur exēpla euidentissima,sed satis sit vnum
3 referre,† Nam fideiussor habens priuilegium fori,puta quod non possit conueniri nisi coram Doctore suo, vel rectore, vt est scholaris, non est idoneus fideiussor de iudicio sisti, nisi specialiter renunciaret priuilegio suo, d. l. 1. ff. si quis in ius voc. non ie. si quidem renunciaret omni exceptioni, quam opponere posset,dicitur generaliter renunciasse,si autem diceret,quòd renunciat omni priuilegio fori,diceretur specialiter renunciasse,absque eo quod diceret,quòd renunciat priuilegio, quod habent scholares, quòd non possint conueniri nisi coram Doctore suo &c.Nam talis diceretur non specialis,sed singularis,seu indiuidua renunciatio, vt no.Bar.& alij in d.l. 1.per iura superius prælegata. Modò in proposito in dicta scriptura circa mediū dicebatur,ꝙ pro dicta possessione Titij,f.de qua facta fuerat mentio,in prin.soluebantur solidi 27. ecclesiæ, certe hæc videtur specifica expressio illius qualitatis respectu totius possessionis,absque eo,ꝙ in indiui duo facta fuerit expressio, ꝙ pro qualiber particula terræ solutio prædicta cedebat,quia illa fuisset non specialis,sed singularis expressio,quæ non erat necessaria,vt iam dixi: Si autem dixisset venditor pro vna possessione mea, vel pro quadam parte possessionis meæ soluitur ecclesiæ tantū &c. posset illa nuncupari minus specialis expressio. Secundò ꝓ hoc facit,quia illa clausula apposita in medio, qua dicebatur,soluitur pro dicta possessione episcopatui quantitas sol.dorum 27.&c.debet referri tam ad superius specificata,quam ad inferius descripta.l. 1.C.de li.præte.l.3.§ filius.ff.de l.b.& posthum.l.talis scriptura,ff.de lega.1.c.secūdò requiris,de app.
4 †Tertiò pro hoc, quia illa verba indefinita, videlicet pro dicta possessione soluitur episcopatui quantitas sol.dorum, 27.&c.æquipollent uniuersali c.solitę,de maio.& ob.l.si pluribus,ff.de lega.2. Et sic videtur uēditor sensisse de tota possessione,facit,quod notat Bar.in l.Seiæ.§. Tyranne,ff.de fun. instr.Et in l. 1.ad fi.ff.de reb.dub. & in l. si ita,in fi.ff.de aur. & arg.leg.& ꝙ not.Bal.in rub. C.de ver.sig.& in l.in legatis, C.de leg.& in l.si plures.C.de cond.inser.dum allegat c.1.§. si quis de manso.de controuer.inuest. & c.1.de cen.Quarto,
5 † quia venditor in dubio uidetur vendere tantummodo ius, quod habet in re,& ideo vlterius non tenetur,licet res pleno iure non spectet ad eum,l.qui tabernas.ff.de cōtrahen.emp. facit l.prædia,C.de loc.prædio.fiscalium,& ibi no.Bart.in fi. li.11.c.pastoralis,de don.cum sim.Sed premissis non ob.con
6 trarium puto,† quia ubicunque uenditor sciens non certiorauit emptorem de qualitate rei, propter quam res uendita minoris est, & tunc emptori ignoranti tenetur ad omne interesse, l.1.§.1.& l.sul.post prin. & 1.quæro.ff.de act.empt. Si autem uenditor ignorauit,tenetur quanti minoris emptor fuisset empturus,si sciuisset.l.quoties. de serui.ff.de act.emp. l.sul.in prin.l.Labeo libro.ff.de contrahen.emp.cum ibi no. l.1.§.causa,ff.de ædi.edi.Et requiritur,ꝙ uenditor nolens de prædictis teneri specialiter moneat, & certiorē faciat emptorem de qualitate prædicta,ut d.l. quæro,& declarat Cyn.in d.l.1.C.de ędil.actio.& clarè,nō obscurè moueat,aliter non sufficit l.ea quæ commendand.§. fi.ff.de contrah.emp.l.tenetur.§.fi.ff.de act.empt.& not.Spec.in tit.de empt.& uend. §.nunc uidendum,el 2.uers.quid si uendens.& Ang.in l.paciscī. post glo.ff.de pact. & Ang.& Moder.in l. si quis cū aliter,ff.de uerb.obl.& per Bal.post alios in l.1.& in l.si prędiū. ad fi.C.de ędil.act.& Mod.in c.iniustum,de rer.permu.Sed ita est, ꝙ per dictam clausulam appositā in medio scripturæ prędictæ non fuit certioratus emptor saltem clarè & specialiter,ꝙ petiæ terrę post dictam clausulam nominatę, aliquo modo essent de iure episcopatus, adeo ꝙ pro eis soluī deberet capisoldum, uel aliquis canon,vt ostēdam: ergo sequitur, venditorem teneri ad omne interesse, si sciens fuit,uel quanti mi-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ri minoris fuisset empturus emptor, si venditor ignorauit. Quod autem per dictam clausulam non videatur certioratus emptor saltem clarè & specialiter, quod petiæ terrarum post ipsam clausu à specificatæ essent subiectæ iuri ecclesiæ, probatur, quia in scriptura dicitur, pro dicta possessione soluitur
7 ecclesiæ quantitas solidorum 27. &c. Sed † istud verbũ possessio est æquiuocum, & pluribus modis accipitur, nam interdum accipitur possessio pro iure possidendi. Ita assumitur in l. 1. in prin. & in l. peregre, in prin. ff. de acq. poss. & in c. cũ nostris, de concess. præben. & constat, ꝙ de hoc iure possidendi non sensit Titius: quia pro possessione ponit in scripta domum & petias terrarum. Interdum accipitur possessio ꝓ rebus possessis, i. pro dominio rerum possessarum. l. 2. C. de ꝓba. l. interdum. ff. de uer. sig. l. 2. & ibi no. in fi. C. de seru. & aqua, 16. q. 2. possei. & si hoc modo accipiatur in casu nostro, certum est, quòd dicta clausula non comprehendat petias terrarum post ipsas descriptas, quia secundum istum modum intelligendi quælibet res possessa dicitur vna possessio d. l. 2. C. de proba. cum concordan. proximè alleg. & sic quælibet petia terræ dicitur vna possessio, sed dicta clausula nõ facit mentionem nisi de vna possessione in singulari, ergo non comprehendit omnes petias terrarum post illam clausulam specificatas, l. si domus. in prin. & l. apud Iulianum. §. Seio. ff. de lega. 1. Tertio modo potest accipi possessio pro fundo vel agro seu prædio possesso, vt l. q. est, iuncta gl. 1. ff. de ver. sig. & hoc modo patet, quomodo accipiatur communis vsus loquendi, & intelligendi. facit, quod no. Cy. in l. fi. & ibi ẽt Bal. & Bar. in l. vxorem. §. legauerat. in fi. de leg. 3. & Gul. de Cu. in l. licet. ff. de acqui. poss. & Ray. in l. filij. §. fi. ff. ad munici. & secundum istum modum intelligendi constat, ꝙ per dictam clausulam non comprehendantur petiæ terrarum post dictam clausulam descriptæ, quia fundus, seu possessio hoc modo assumpta secundum communem vsum loquẽdi potest intelligi de parua possessione, & de magna, vt docet experientia, quæ est efficax rerum magistra, c. quam sit. de le. in 6. fundus. n. constituitur destinatione patrisfamilias. l. ꝙ in rerum. §. si quis post. ff. de leg. 1. l. si quis duas. §. si quis patrem. ff. communia prædio. cum ergo post enumeratas quasdam petias terræ cum domo esset adiecta illa clausula, videlicet pro dicta possessione soluitur &c. apparet, ꝙ Titius illas petias terræ vna cũ domo superius specificatas habuit pro vna possessione, & p consequens, non comprehenduntur aliæ petiæ terræ, vel saltem negari non potest, ꝙ non constet clarè, quot petias terrarum saltem in inferiori parte descriptas voluerit comprehendi appellatione possessionis, (vt dixi) fundus & possessio constituti parua & magna. Fortificantur prædicta, quia cum diuersimodè possit accipi & intelligi illud verbũ, possessio, vt dictum est supra, sequitur, quod dicta verba sunt æquiuoca, & dubia l. ita fider. ff. de iure fisci. l. quoties in stipulat. cum gl. ff. de verb. obl. & sic non est satisfactum legibus requirentib. ꝙ specialiter & non obscurè venditor debeat emptorem certiorare.
8 Prætereà † vbi verba non sunt clara, sed æquiuoca, vel ambigua, vt in casu nostro, prout est probatum supra, fieri debet interpretatio contra illum, in cuius fauorem verba, vel clausula apposita sunt. l. veteribus, ff. de pac. l. cum in l. venditionis. ff. de contrahen. emp. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus ff. de verb. obli. Sed illa clausula, quod pro dicta possessione soluebatur ecclesiæ certa quantitas, fuit adiecta in fauorem venditoris, ne ob id teneretur emptori, ergo debet contra ipsum venditorem fieri interpretatio, & hoc tanto magis procederet, si in dicta scripta non contineretur, quod dicta quantitas deberet solui singulo anno, nam cum posset intelligi de vnica solutione tantum, vel occasione remunerationis, vel de alia causa, & etiam posset intelligi de solutione annua, deberet in dubio intelligi de vnica solutione, vt no. Bar. in l. pen. ff. de annuis leg. & probatur per rationem dictæ. l. veteribus, & per consequens si reperiatur pro dicta possessione debere fieri solutionem annuam, non tenebitur emptor nisi facta deductione, quanto minoris emptarus fuisset, per dictam l. quot. ff. de ædil. edic. cum simi. Et per supra scripta patet euidens responsio ad primum argumentum allegatum in contrarium, quia per illa verba, pro dicta possessione soluitur ecclesiæ &c. non videtur facta clara & specialis expressio quòd ad petias terrarum specificatas post dictam clausulam, attento ꝙ illud verbũ, possessio, potest diuersimodè accipi & intelligi, vt ostendi supra. Non obstat secundum argumentum, scilicet quòd clausula apposita in medio debet ad omnia tam præcedentia, quàm sequentia referri: quia respondeo primò, ꝙ illud verbum, pro dicta possessione, tollit argumentum, patet enim quod scribens habuit respectum ad antedicta, seu specificata in scripta, ergo non sensit de petijs terrarum, de quibus adhuc nihil dictum erat aut scriptum; quia qui vnum dicit, aliud excludit l. cum prætor. in prin. ff. de iudi. c. nonne, de præsum. patet ergo, ꝙ dicta clausula non fuit absolutè posita relatiuè ad præcedentia, & per consequens non obstant iura allegata in contrarium, quia loquuntur, quando clausula
9 est absolutè posita. Vel secundò respondeo, † quòd clausula
b apposita in medio refertur [b] ad præcedentia, quando talis clausula ponitur inter plures articulos connexè ab vno principali dependentes d. c. secundò requiris. Secus si inter articulos diuersos, vt est casus in c. inquisitioni, de app. Sed cum in proposito nostro non appareat dictas petias terrarum specificatas post dictam clausulam esse de dependentijs petiarum terræ superius descriptarum, cum petiæ terræ post clausulam nominatæ possunt haberi loco fundi, uel agri de per se, d. l. ꝙ in rerum, ergo non debet referri ad sequentia, & hæc interpretatio potius debet accipi per rationem dictæ l. veteribus, inducendo, vt induxi supra. Non obst. tertium argumentum, scilicet quod illa uerba indefinita, uidelicet pro dicta possessione soluitur &c. æquipollent uniuersali, & sic uidetur sensisse de tota possessione, quia responsio euidenter patet ex superius dictis tum propter illud uerbum data. & sic patet, ꝙ non fuit habitus respectus ad postea specificatas, alias enim superuacuò expressisset reliquas petias retræ. Præterea, etiam dato, quod intelligatur de tota possessione, non sequitur, ergo comprehenduntur petiæ terræ postea specificatæ, cum tota possessio possit appellari tota una res possessa. l. 2. C. de ꝓba. cum alijs supra alleg. & sic non fuit specificè, & clarè facta expressio de omnibus petijs terrarum, prout requirebatur de iure, per d. l. quæro, cum concordan. supra allegat: Vltimò nõ obst. quod uenditor in dubio uideatur tantum uendere ius, quod habet in re, per l. qui tabernas. ff. de contrah. emp. quia
10 respondeo, † quod illud est uerum, quando emptor sciebat qualitatem rei, uel iuris, quod habebat uenditor: secus si ignorabat [c] quod in dubio præsumitur, d. l. Iulia. in prin. iuncta l. fi. ff. pro suo. l. uerius. ff. de proba. ita dixit Cyn. in l. 1. C. si pignus pigno. datum sit. & Bal. in l. ex prædijs. per illũ tex. cum gl. C. de euic. Bal. in rub. C. de contrah. emp. in 6. q. & in l. cũ alienam. C. de leg. & Bal. & Ang. in l. 1. C. qui testa. fa. pos. Pe. Cy. Bal. & Ang. & Imo. in l. si domus, §. fi. ff. de leg. 1. & Bal. in l. 2. C. de remis. pig. & Ang. in l. si quis emptionis. §. 1. ff. de præscr. 30. anno. Bar. in l. cum tabernam. in prin. ff. de pig. & Bal. in l. in testamento. C. ad leg. Falc. ubi dicit, quod in l. qui tabernas, emptor sciebat qualitatem loci, quia locus erat publicus, & ita reperiretur secundum eum, quod Ioan. scripsit ibi super uerbo, in solo, hãc glossellam, cum hoc esset emptori notum &c. Non obst. c. pastoralis, de dona. & d. l. prædicta, cum ibi no. per Card. quia non loquitur in uendente, nec in alienante titulo oneroso, sed in donante, quo casu verũ est, quod præsumitur tantum donasse ius, quod habet, per illa iura, & per l. si domus, §. fi. & l. serui electione. §. fi. ff. de leg. 1. secundum Bal. & Ang. in d. l. si domus. & Bal. in d. rub. de contrah. emp. & in d. l. cum alienam. cum similib. Ex quibus concludo, uenditorem saltem teneri indistinctè pró petijs terrarum descriptis post dictam clausulã (excepta uinea) ad quanto minoris empturus fuisset emptor, & sic ad quanto minoris communiter ualeant dictæ res propter dictam qualitatẽ. Et si uenditor sciuit, tenebitur etiam ad omne interesse per
d supradicta. Fortificatur [d] prædicta conclusio, §. † quod hæ-
11 redes [e] dicti emptoris agere possint contra hæredes uenditoris
e actione ex empto, nam hoc indistinctè firmat Ange. in l. 1. §. si hæres. ff. ad Treb. vbi per illum tex. inquit, & fortius, quod si uenditor tradat rem obligatam emptori, non simpliciter aget de euictione ad pretium, sed ad quantum interest rem
f obligatam [f] non esse, & sic ad quantum terminus ualet, alleg.
g not. per Bar. [g] in l. cum stipulatus sim. mihi a Proculo. §. fi. ff. de uerb. obl. & dictum §. si hæres, & procedit dictum Angel. etiam quando illa res non esset purè obligata, sed sub conditione, quæ adhuc penderet, prout loquitur tex. in d. §. si hæres. & l. si seruus, in prin. ff. de cond. fur. quia æstimatur & attenditur

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

renditur ille dubius euentus conditionis, & per istam decisionem colligitur decisio ad id, quod in proposito reliquit indecisum Bal. in d.l.ex prædijs in vers.sed pone,quòd vendo,quanto magis ergo debet posse agi in casu nostro,cū iam purificata fuit condi.tio dictæ obligationis per euentum casus restituendæ dotis.Istud etiam expresse voluit gl. in l. qui rem,C.de euictioni.quæ cōcludit,quod absque eo, quod ali
h qua denunciatio ¶ facta fuerit per venditorem emptori, pōt agi per emptorem,quod res vendita liberetur per d. l.ex prædiis, ad idem quod no.Io.And.in addi.Spec.in tit.de empt. & vend.§.1.in additione quæ incipit,quia iste §.&c.Et quod
12 no.Bal. in l.ex conuentione.in fi.C.de pact.†fortius dico, ꝙ etiam dato, quòd antequam sequeretur euictio aliqua, fuisset necessaria denūciatio, & etiam dato,quod in casu nostro dici posset,euictionem esse sequutam,tamen omnino debet in proposito nostro agi posse, esto quòd nulla denunciatio interuenerit, attentò quòd per instrumentum obligationis bonorum dicti mariti venditoris,constat manifestè, dictam rem fuisse hypothecatam vxori, & ideo si hæredes d.venditoris exciperent de denunciatione non facta, poterit replicari, quod eorum non interest, ex quo mulier, quæ obtinuit,
i habebat ius.ita cōcludit Io.de Imo. K in c.fi.de emp.& ven.
K allegat no.per gl.in d.l.in ijs,& ea quæ not. Ange.in l.decem. ff.de verb.obl.Et pro hoc etiam alia adducit,quæ causa breuitatis omitto.Idem tenuit Raph.Fulgos. in l.emptorem. in principio.ff.de action.emptio. dicens se de facto ita respondisse,quod vbi apparet,rem fuisse euictam emptori,& notoriè constat de veritate, & iustitia euincentis, non imputatur emptori,quòd non denunciauit venditori litem esse moturam ratio propter quam non potest agere emptor contra venditorem,quando denunciationem omisit,est ex eo quia præsumitur emptorem amisisse causam potius,quia non erat bene instructus,quam ob aliā rationem.l.si fundo. §. 1. ff.de euic. sed quando constat de iustitia euincentis, cessat ista ratio, & ideo dicit, quod glo.in d.l.emptorem,in prin.dum dicit, ꝙ quando requiritur denunciatio, debet referri ad casum,scilicet quando non constaret de iustitia euincentis, licèt secundum eum Bar.ibi aliter innuat.Idem tenuit Lud. Rom.in l. non solum.§.more. ff. de ope. no.nuncia.vbi ad hoc inducit not. per gl.in l. si cum quæstio. C.de euic.Ex quib.concludo ex multiplici capite constare,dictos hæredes venditoris agere posse ad effectum liberationis dictæ rei emptæ,denunciatione non facta nihil obstante. Alexand.

ADDITIONES.

a Diligenter] Vide Cagnol.in l 2.nu.Sed pro hoc consilio declarando,non omitto Mynsingerium libro singularium obseruationum . c. 56. centur. prima.incip euicta re.vbi post Ale.hic ponit pro cautela,ꝙ venditor nolens teneri specialiter, moneat, & certiorem faciat emptorem de qualitate rei. Rouesc.

b ¶Refertur.] supra lib.3.consi.42.nu.7.supra li 1.consi.48.nu.5.

c Si ignorabat.] Nam videtur vendere totam rem, prout eam demonstrat, Aret.consi.63 In præsenti consultatione. col. pen. Natta.

d Fortificatur.] Hic incipiebat consi.67.supra li.3.vbi illud cancellaui,quia erat fragmentum ab isto consilio detruncatum.

e Quòd hæredes] Addo Decium consi.282. Viso puncto,col.pe.Cra.consi. 298.nu.14 Oldscum decisione Pedemōt.nu 24.ppositū,nu.5.& seq.Ro.

f Rem obligatam.] Sequitur Dec.alia deducens consi.281.col.3.Et nota,ꝙ cessionomine, si est inefficax, agit emptor vt bonum fiat nomen contra venditorem, & nihil refert non fuisse denunciatum in iudicio contra debitorem,ita Dec.consi.102.in fi.per no. per Ale.hi..Istud tenet Ruin. consi.67.col.fi.lib. 1. vbi vult, quod donatarius agit de euictione absque denunciatione,& idem modo is, qui tenetur ad emendum, non tenetur ad id, non seruatis sibi conuentis ex quo inteutare possunt primam, vel aliam actionem. Natta.

g Notata per Bar.] Vide etiam Bar.ad l ratio.ff.de act.empt. Nat.

h Aliqua denunciatio.] Dec.consi.102 præstantissime Doctor.co.2.& dominus Crauetadicto consi 298.nu.14. Rouesc.

i ¶Concludit. Idem Alberic.d.Lemprorem,Ang.Paul.at qui natura,§.cum me absente,de neg.gest.Alexand.l.non solum, §.more,de op.nouinunciatio, Soc.l.2.§.voluntatem,solut.matrimon. Aegid.Belle decisione 698. Austre.addi.ad quæstio.Thol.407 Felin.c.cum olim,de re iud. cap. cum Bertholdus,eo.Iaſi.si domus,§.de euictione,de leg.1.Hippo.Marsil.rep. rub.de probati.fol 25.Matth.Afflict.decis.Neap.49.& no.quod hoc casu onus probandi spectat ad emptorem, vt notant prætati Doct. & bene,non autem tenetur venditor probare,quod si fuisset interpellatus,habuisset facultatem defendendi, quicquid dicat Aym. consi. 83.nu.6.vbi etiam falsò pro se.

k Imo.Alex.aduocat,& eadem repetit Aym.consi.179. nu.6 Sequitur Fel. ad c.cum Bertholdus, col 10.de re iud.sed Alex.hoc non firmat ad l. 2. §. fi.ff.solut.mat.Et in oppo. Dec.consi.74. col.pen. Et Imo. sequitur Alex. ad l. non solum, §.morte, col.pen. Pro quo facit,quia non imputatur ad culpam alicui,si non facit id,quod factum non profuisset, l. fin.§.pen.ff. quis ordo in bon.poss.seru.per quem rex ita inquit Pau. Cast.consi.322.

Viso puncto supra scripto & dubijs,col.2.lib.1.& Imolam sequitur Ale. ad l.si domus,§.de euictione in fi.ff. de leg.1. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla est post appellationem desertam lata.*
4 *Calculatoribus electis a iudice non creditur sine iuramento.*
5 *Appellare quis pōt viua voce, saluo iure appellandi in scriptis.*

CONSILIVM LXIIII.

VIso processu inter ser Antonium de Zanolinis vt ꝓcuratorem Ioannis quondam ser Iacobi agētem, & Alexandrum quōdam Hugolini de Marano se defendentem super petitione executionis sententiæ latæ per iudicem appellationis contra dictum Alexandrum, & visis statutis, & his, quæ copiosè & subtiliter per aduocatos vtriusque partis allegata sunt,& literis magnifici ꝓtoris Cesenæ, quibus sum requisitus, vt consulerem, quæ futuræ sint partes suæ,libēter assentiebar,quòd dominus prætor ad sententiæ executionem procederet, quia huiusmodi conclusio videbatur mihi veritati facti magis amica,& obiectis in contrarium parata erant responsa, veruntamen vnum obstat, cui de iure resistere nequiui. Nam illa sententia, cuius executio petita est, fuit lata post tempus duorum mensium a die interpositæ appellationis numerando, quo casu statutum, quod incipit, statuimus, & ordinamus, quod a qualibet sententia diffinitiua &c. di-
1 sponit,quod appellatio sit ipso iure deserta,†quapropter sen
a tentia postea lata redditur nulla, a vt in cle.si appellationem, cum glo.in verbo appellatus, de appell.& no.Host.& Ioann. And. & alij in c.ex ratione, de app. & Bal. & Saly.in auth. ei qui,C.de temp.app.& Bal.in c.fi.in ti.quo tempore miles, in vsibus feu. Et licèt statutum excipiat casum,quādo staret per negligentiam iudicis & alios quoscunque casus ibi expressos tamen ante lapsum dictorum duorum mensium non inuenio, ꝙ steterit per iudicem,sed per partem appellātem, quia
2 †dicitur stare per partem appellantem, quousque instanter b
b non interpellauit iudicem, vt causam per sententiam terminare debeat, & ei acta præsentet, & sic pro parte sua adimpleat vt colligitur ex l.fi.§.illud.ibi, summa visum &c. C. de temp.app.& notat hoc Sal.in ver.quæro tex. hic dicit,quod elapso &c. Et idem notat Bal. in auth. Item si appellatio.eo. tit. Ang.consi.140.incip.Quidam Matthæus,bene facit,qđ no.Bald. post Bar.in l.Titia Seio,§.vsuras,ff. de leg.2.& Bar. in l. mora in prin.ff.de vsuris,& quod habetur in c.1.de sup. neg. præla. & quod no.Ant.de But.& Io.de Imo.in c.ex literis,de const.& in c.cum causa,post glo.de offic.dele.Sed ante lapsum dictorum duorum mensium non fuerunt factæ dictæ protestationes & presentata acta,quæ iudex etiam petijt sibi præsentari saltem 27. die Iulij,& etiam postea,nam sententia fuit lata die 26. Maij de ann. 1458. & eadem die fuit appellatum viua voce, nec alia appellatio est mihi in scriptis
3 præsentata,seu transmissa,& etiam dato quod alia appellatio in scriptis fuisset interposita intra decendium,†& diceremus tempus finiendæ appellationis incipere a die interpositæ appellationis in scriptis, vt tenent Moderni in l. cum procurator.§.dominus,ff. de ope.no.nun.tamen adhuc intra tempus duorum mensium non essent obseruata ea, quæ adimplere debebat dictus appellans circa protestationis cum præsentatione actorum, vt dixi supra, & patet ex actis. nec obstat, ꝙ nonnulli calculatores electi retulerunt die 18.Decembris,ꝙ
c instantia non erat deserta, † quia illis calculatoribus electis
4 a iudice non erat credendum sine iuramento d l.comparatio
d nes.C.de fid.instrum.l.hac edictali.§.his illud.C.de secund. nup.& ibi Bal.& no.Bar.in l.Theopompus,ff.de dote præle. & Bar.in repetitione.l.creditores,ad fin.C.de pig.& no.Bar. & alij in proœmio digestorum,& Bal.in l. iusiurandum quod ex conuentione.in prin.ff.de iureiur.Ant.de But.in c.veniēs el primo.& in c.finem litibus, de dol.& contu.& in c.propo fusti.de prob.& Ang.in repe.l.si vacantia.C.de bono.vacanti.lib.10.& Bald.in rub.ff.de iureiur.Præterea dato,quòd illi calculatores ita retulerint, tamen non appareat, quod iudex hoc sequutus fuerit,non enim iudex ita pronunciauit,t.causam appellationis non esse desertam. Et iudex potuit moueri ad non adhibendum eis fidem, vel quia non iuraverant, vel quia visum fuerit relationem non esse in iure fundatam, stantibus actis & statuto prædicto. Insistit etiam plurimum
5 vnus ex d.Dom.Aduocatis,vt respondeatur † an si Alexāder appellauit viua voce, salvo sibi iure appellandi in scripts, &

postea

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

postea intra tempus debitum appellauit in scriptis, an possit appellans dicere tempus finitæ appellationis currere à tempore interpositæ appellationis in scriptis? Et quia istud quo ad ea, de quibus fuit requisitus a domino prætore, non videtur necessarium, respondebo breuissimè, concludens, veriorem & magis communem opinionem esse, quòd possit appellans dicere tempus currere a die appellationis in scriptis, ita fuit solitus tenere & legendo & consuiendo, vt tenet Ange. in l. si quis libellos. C. de appellatio. & etiam Salic. ibi per illum tex. & Ioan. de Imo. in l. 1. §. libelli, de appellatio. & in c. dilecto, de appellatio. & in dicta l. cum procurator. §. si dominus, post Ange. ibi de ope. nou. nunc. & idem tenet ibi Paul. de Castr. & Rom. & idem tenet Anto. de But. & domi. Abb. in dicto c. dilecto. Saltem quando in appellatione interposita in scriptis non repetit diem primæ appellationis. Bene facit, quod not. Ioann. And. in c. bonæ, de appellatio. & Bald. in l. generaliter. C. de rebus credit. & in c. fin. quo tempore miles, & dom. Abb. Modernus in c. tua nobis, de appellatio. ad finem, adducunt Docto. in dictis locis rationes plures, per quas patet responsio ad ea, quæ in contrarium dici possent. Concludo, dictam sententiam latam per d. iudicem non meruisse executionem, & illam fuisse nullam, tanquam latam extra tempus, quo debebat causam terminare, & victum victori in expensis condemnandum. Alex.

ADDITIONES.

a Nulla. Supra li. 3. consi. 59. nu. 7.
b Instanter. Cur. sen. consi. 24. in fi.
c Quòd instantia non erat. Iacob. pol. sing. 214. ad validitatem. Roueſc.
d Iuramento. Dixi in consuetud. Pari §. 33. gl. 3 nu. 7.

CONSILIVM LXV.

Lege infra eo. consi. 119. vbi correctius habetur.

CONSILIVM LXVI.

Lege supra lib. 2. consi. 222. quod hic duplicabatur.

EPITOME.

LICET sententiam post recusationem lata sit nulla, tamen potest confirmari per iudicem appellationis, vel nullitatis, si appareat iustè lata.

CONSILIVM LXVII.

Viso themate, super quo quæritur, vtrum stante dicta recusatione facta ante sententiam, & qua recusatione non obstante iudex pronunciauit diffinitiuè, & ab eius sententia est appellatum per recusantem, an iudex appellationis possit dictam sententiam confirmare, si sibi liqueat ex actis sententiam fuisse iustam, posset primo discuti, vtrum processus & sententia secutus & secuta post recusationem fuerit
a nullus, seu nulla, nam si non fuit nullus, seu nulla, cessat dubium, & non potest negari, quod passus non sit dubius, tamè Inn. in c. cum speciali. de appel. tenuit, quod processus & sententia valuerit. & idem tenet Spec. in tit. de recusa. in 1. par. in §. qualiter ver. quid si subdelegatus. & Lapus in c. iudex ab Apostolica. de offi. deleg. in 6. & Ange. in l. quia poterat. ff. ad Treb. & etiam Ang. in l. apertissimi. C. de iud. & ibi dicit Ange. hoc esse verum, quando nondum essent electi arbitri, in quos esset translata iurisdictio, & ita etiam tenet Hosti. in c. legitima. de appel. in 6. vt refert & sequitur Dom. Dominicus de S. Gemi. in d. c. iudex ab apostolica. tamen quia alij aliter dixerunt in dictis locis, vt per Bart. in d. l. quia poterat. & per gl. in c. quot episcopi. 2. q. 6. & in c. quia suspecti. 3. q. 5. & per Ioan. Andr. in d. c. cum speciali. & in d. c. legitima. Sal. in d. l. apertissimi. & Ioan. de Imo. in l. quidam conſulebat, de re iudic. ideo ne fundamentum faciant super re dubia, dico omissa ista disputatione, quòd etiam posito, quod illa sententia fuisset nulla, tamen iudex appellationis, vel etiam nullitatis, potest dictam sententiam confirmare ex actis ante recusationem factis, postquam præcesserant acta substantialia iudicij, & in prima sententia nō fuit expressus aliquis error, qui dictam sententiam redderet ipso iure nullam, ita firmāt Innoc. & Ioan. And. in c. 1. de confirm. vti. vel inuti. & Barto. & alij in l. si expressim. ff. de appel. & Bart. in l. si vt proponis, la 1. C. quomodo & quando iu. vbi allegat not. per Innoc. in c. cum contingat, de offi. deleg. & Bal. idem in l. 1. in versicu. 4. quæro, vtrum iudex &c. C. quando prouo. & ibi etiam Salic. vbi ad hoc ponderauit no. per gl. ibi, & pro hoc etiam allegār, quia videmus, quod etiam possessio potest mutari de nulla in aliquam. l. cum nemo. C. de acq. poss. & istam opi. quæ est communis, tenet etiam Ant. de But. in c. dilecto. de appel. & etiam Bar. in d. l. 1. in vers. circa tertium &c. C. quando prou.

ADDITIO.

a Nulla. Supra li. 1. consi. 89. supra eo. lib. consi. 12. nu. 6.

EPITOME.

NOMINA & reliqua non veniunt in legato fundi instructi, nec in legato mediæ partis bonorum mobilium.

CONSILIVM LXVIII.

a Quia a consultationem hanc reputo parum dubiam, ideo prætermissis argumentis hinc inde, venio ad medullā. Et dico, quod per illa verba adiecta in testamento testatrix b videtur legasse Leonæ fundum instructum, vel
b saltem fundum cum instrumēto fundi, vt probatur in l. si qñ annotationis. C. de bonis vacan. li. 10. & ibi no. Bar. & Bald.
1 Hoc præsuppositō, dico†q pecunia a colono, & laboratore debita testatrici, non videtur aliquo modo cedere legato fundi instructi, vt videtur casus expressus in l. quæsitum. §. peto. ff. de leg. 3. vbi si testator dicat, lego fundum Cornelianum, vti est, per quæ verba videtur legare fundam instructum, vt l. prædia. §. pen. & l. Seiæ. §. fi. de fun. instru. non tamen in hoc legato comprehenduntur reliqua colonorum, hoc est nō veniunt ea, ad quæ competebat defuncto actio cōtra colonum, vt d. §. peto. & huius decisionis duæ esse possunt rationes, secūdum Ia. de Are. & Bar. ibi. Prima, quia reliqua colonorum non sunt de his, quę perpetuo sunt apta esse in fundo per ea, quæ infra dicentur. Secunda est ratio, quia debita, ad quæ tenetur colonus, non respiciunt fundum, nec certum patrimonium, sed vniuersum, l. fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudi. & l. ex facto proponebatur, ff. de hær. inst. Secundò ad idē & similiter adducitur tex. in l. qui habebat. §. fi. ff. de leg. 3. & ibi Bar. ibi dum dicit tex. respondit reliqua quædam colonorum non esse legata, cætera verò videri illis verbis, ita vti est data &c. sed in casu nostro tractatur de particulari debito laboratoris in quo similiter locum habent omnes rationes prę dictæ, ergo &c. facit ad idem. l. prædia. in prin. eo. ti. ibi, & colonorum ea reliqua videntur legata, quæ de reditu prædiorum &c. Tertiò probatur in præal. l. prędia. §. 1. ff. de fund. instr. ibi, cum plenissima testatoris erga affinem voluntas ab eo quoque manifestetur, quod reliqua colonorum eiusdē possessionis ad eum pertinere voluerit &c. vbi patet, quod legato fundo instructo non veniunt debita colonorum, nisi specialiter legentur, etiam si legatarius sit coniuncta persona testatoris, prout in casu nostro. Quartò probatur, quia in legato fundi instructi non veniunt, nisi ea instrumenta, quæ sunt apta ad culturam fundi, & quę sunt in fundo, vt ibi perpetuo sint l. 1. & 2. C. de ver. sig. & l. quæsitum. §. Pap. quoque prædijs, cum multis simi. ff. de fun. instr. sed cui dubium, quòd pecunia non est de istis, ergo &c. Quintò instrumenta fun-
c di c enumerantur in plurib. locis, & maximè in l. instrumenta. ff. de fun. instr. sed inter ea non reperitur connumerata pe-
2 cunia, ergo &c. †Sexto ad idem, nam in legato quantumcunque generali nunquam uenīūt nomina debitorum, l. Caius, in prin. ff. de leg. 2. l. vxorem. §. legauerat, & l. quæsitum, §. 1. ff. de leg. 3. & ff. de fundo instru. in l. quæsitum. §. Celsus, cum seq. & no. plenè Cyn. in l. certi iuris, in 5. q. C. loca. & Pe. in l. seruum filij, §. eum qui chyrographum, ff. de legat. 1. Nec prę dictis obstat tex. in l. fundo, §. fundo, ff. de fundo instru. quia
3 respondendum est, vt ibi per Bar. †Septimò probatur ex his, quæ dixit Bal. in præalle. l. si quando, la 1. C. de bon. vacan. li. 10. vbi dixit, quod si testator legat fundum cum integro statu, hoc est cum adacentibus & mancipijs ac pecoribus, & fructibus, & cum instrumentis & cum omni iure suo, vt ibi dicitur in tex. quod in legato venit omne instrumentum fundi & dominij, quo dominus vtebatur, dum erat in fundo, vel instrumentum, quod erat ibi gratia fundi, non autem alia, quæ ibi erant ad tempus, vel quæ ibi gratia fundi non erant, unde secundum eum neque pensio ab inquilinis, seu colonis debita in dictis verbis continetur per dictum. §. peto. nec ēt fructus a fundo separati, ut ad domum reduceretur, uel qui in fundo erant negociandi gratia, alleg. ff. de fundo instrum. l. quæsitum, §. si fundus cū seq. Octauò ad idem adduco, quia dicta testatrix legando fundum ut supra nunquam videtur legare ius quod habet in aliquem laboratorem dicti fundi, si talis laborabat sub mercede, seu pro certa quota fructuum eadem ratione hic est tex. in l. Seiæ, §. liberto, & l. cum de la-

nionis.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

nionis,§.cum de villico,& l.quæsitum.§.Alphenus, & §.seq. ff. de fund. instr. ergo non videtur testatrix legasse ius,quod habebat contra dictum laboratorem,qui laborabat sub certa mercede, vel pro certa quota fructuum. Nonò comprobatur nam testatrix dixit, quod possessionem, seu fundum legabat cum omnibus ad fundum spectantibus &c. sed ad fundū nihil dicitur spectare nisi ꝙ intra se fundus continet, vt dixit tex.in l.fundi,in princ.ff.de ac.em.sed dictam pecuniam,seu nomen dicti laboratoris obligati fundus intra se non continet ergo non dicitur de spectantibus ad fundum. Decimò & vltimò, considerato quod nō possumus etiam dicere dictam pecuniam esse datā laboratori pro cultura, & laboratura &c. quia contrarium est verum,fuit enim simplex & purum mu
4 tuum ad certum tempus,cuius† mutui natura est,quod sit,& esse intelligatur gratuitum, l.rogasti. ff.si cert.pet.l.si tibi 10. millia.in prin.ff.de pac.c.consuluit. de vsu. quinimò posito, ꝙ data fuisset pro cultura, tamen non comprehenditur tale dictum in legato,vt probaui supra,& maximè cum sit instru
5 mentum fundi, seu res existens in fundo. † Venio ad secun-
d dum [d] dubium,an in legato bonorum [e] mobilium pro me-
e dietate relictorum Leonæ comprehendatur dictum debitum saltē pro dimidia.Et concludo ꝙ non, quia appellatione mobilium non veniunt nomina debitorum,l.quam Tuberonis. §.in peculio.ff.de pecul.l.mouentium,& ibi expresse glos. & Bar.ff.de ver.sig.l.a diuo Pio.§.in venditione. ff.de re iudi.Et proprie in terminis nostris in legato bonorum mobilium ꝙ non veniant nomina debitorum,firmat Spec.in tit. de fruc. & inter.§.1.ver.secundò quæritur, & ver.seq.probatur etiam ex no.per gl.Dy.& Bar.in l.potest.ff.de autho.tut.& expressè hoc etiam determinat Bal.in l.si constante. §.fi. in fi.ff.solut. matr.vbi allegat dictam l.Caius,de leg. 2.& l.vxorem.§.legauerat.& l.si chorus.§.1. de leg.3. & Bal.in c. 1.in fi.princ.de pace tenen.& expressius per eum in c.1. §.1. de cogn.seu. no. Iac.de Bel.& Ang.in auth.de non alie.§. 1.no. in ci 2.de reb. ecc.non alie.in 6.in verbo iura,& Doc.in c.nulli,de reb.eccl. non alie.no.Bar.& Doc.in l.1. C.si aduer.transac. Et hoc maximè verum est,quando actio seu nomen debitoris versatur super quantitate in genere,,put in casu nostro,quia tunc semper omni casu actio reputatur tertia species separata a mobilibus & immobilibus quia ipsa actio,item genus,ad quod datur,sunt quid incorporale.§.corporales, Inst.de rebus cor.& l.1.§.quædam.ff.de rerum diui.& ita reperitur decidisse Lapum alleg.91.vt referunt Moder.in l.si constante.§.fi.ff.solu.
f mat.Reperitur etiam Old. [f] consuluisse,quod si princeps reliquit bona sua mobilia distribuenda in pios vsus,quod non veniunt in legato pœnæ adhuc non exactæ,quia in testamentis verba debent proprie intelligi.l.qui hæredi, in princ.ff. de condi.& demon.l.non aliter.ff.de leg.3.sed nomina debitorum proprie dicuntur tertia species prælleg. l.a diuo Pio.ergo &c.& ita refert Abb.Mod.in c.nulli,de reb.ecc.non alie.
7 Plus † disputando dixit Guido de Suza.in q. sua incip.Pone quæstionem de facto, statutum est in ciuitate Pergami, ꝙ si
g aliquis cōmiserit homicidium, omnia [g] bona sua mobilia & immobilia debeant cōfiscari ꝙ nihilo minus non cōfiscatur nomina debitorum,quanquam in statuto sit facta mentio de quolibet extremorum,allegat.l.si fundus, & l.si vnus. §. 1.ff. de leg.3.& dictam l. Caius. & l. quam Tuberonis.Ex quibus omnibus absque dubitatione cōcludendum videtur,dictam Leonam nec in totum, nec pro parte vocatā fuisse ad dictam actionem ex mutuo competentem contra dictum laboratorem,sed actionem spectare ad vniuersalem hæredem.

ADDITIONES.

a Quia.]Addo Decium consi.381.visis his quæ accurratè. col.2.nu.5.verf. & in terminis. Roneſc.

b Testatrix.] Testatrix hic legauerat fundum cum omnibus ad fundum pertinentibus,vt patet infra in 9.arg.& Alex.concludit,non venire in legato mutuum factum colono, tametsi factum fuerit gratia colendi, vt infra patet in 10.arg. Natta.

c Instrumenta fundi.]Adde, quòd boues aratorij veniunt in instrumento fundi.Ant.consil.160 dub.7. Vbi etiam dicit,quod legato fundo non venit instrumentum fundi, sed ea tantum veniunt, quæ ædibus affixa sunt. Natta.

d Verum ad secundum.]Decius dicto consi.381.col. 1.nu.5. Roneſc.

e An in legato bonorum.]Si legatur castrum, non intelliguntur legata nomina debitorum,quamuis in castro inueniantur instrumenta debiti,Bal. consil.478.Verum nomina.lib 4.Et in legato bonorum mobilium vel immobilium non veniunt nomina debitorum,Guid.Papæ.c.499.Bart.consil.1. Gulus,Petr.Bald.consi.415. Andreas li.3.Iaf.ad d.§.in venditione.Ang. consil.327.Anastasius olim Venturæ.per totum. Natta.

f ¶Old.q.218.supra li.1.consi.45.Andr.Tiraq. in consi.Picto.titu.retra.§. 50.gl.7.nu.8 Habeo in meo exemplari nu.219 Incipit.Factum tale est, Dominus Rex Fran.Et adde Ang consi.328 inci.Auastasius. Natta.

g ¶Omnia imò addita dictione vniuersali, hæc decisio est falsa,Ale.l.1.C. de sacr.eccl.l.mouentium,de ver.sig.Tiraq.d.gl.7.nu. 20.

EPITOME.

POTESTAS legitimandi propriè est beneficium, latè interpretandum,sed largè & ex communi vsu loquendi dicitur priuilegium.

CONSILIVM LXIX.

Perspectis his quæ in themate narrantur, & his quæ in iure accuratè,& copiosè per celeberrimum dominum supra cōsulentem adducta sunt, con curro in eandem sententiam cum domino cōsulente per su-
1 perius dicta.Fortasse † tamen videretur prima consideratione in contrarium facere, quia concessio facultatis legitimandi facta per Imperatorem dicto comiti non appellatur priuilegium,sed beneficium,dato quod ipsa legitimatio(quę quidem est dispensatio)dicatur priuilegium, vnde dicta concessio potestaris legitimandi tanquam sit beneficium largè interpretatur,sed ipsa legitimatio tanquam odiosa strictè interpretatur, sicut reliqua priuilegia,ita concludunt Bar. Ang.& Mod in l.2.in prin.ff.de verb. obl.& probari videtur per id, quod habetur in c.1.& 2.de fil js præsby. in 6.iuncto eo qđ habetur in c.dudum,de præben.in 6.& quod ibi glo. in verbo,beneficia,& iun.c.quamuis,el 1.eo.titu.& probatur in c. fi.de simo.cum gl. & ibi Doc.vnde dato ꝙ decreto ducali caueatur,quod nulla persona habitans sub domino præfati domini Ducis audeat,vel præsumat ire,vel mittere ad impetrandum,in quamuis curiam siue domini Papæ, siue domini Imperatoris,seu alterius magistratus aliquod priuilegium cuiusuis maneriei,vel formæ, sine eius speciali licentia,vel consensu,dicta impetratio facta per comitem cum non dicatur esse priuilegium, sed beneficium, non videtur comprehensa sub prohibitione dicti decreti,quia priuilegium differt a benefi-
2 cio,eo quia † in beneficijs strictè sumptis fit larga interpretatio,prout in dicta concessione potestatis legitimandi.l.fin.ff. de const.prin.c.cum dilecti,de do.sed in priuilegijs strictè fit interpretatio.l.1.ff.de consti.prin.& 3.di.priuilegia,c.porrò. de priuil.& plenè no.Ioan.An.in c.olim tibi,de verb.sig.& legitur in l.fi.ff.de consti.prin.& no.Archi.in c.gratia.de rescr. in 6.& gl.in c.1.in verbo nostrum. de consti. in 6.& Bar.in l. si fuerit.§.ex hoc edicto,ff.de dam.infec.cum sim.Tamen ad istud potest responderi,quod intentio præfati Ducis Francisci in dicto decreto prohibitorio fuit comprehendere appellatione priuilegiorum istas concessiones facultatis legitimandi, quæ impetrantur ab Imperatore, hoc enim colligitur ex alijs literis suis, seu ex eius rescripto, dum concessit præfato Bartholomæo Galerano, quòd quilibet Comes Palatinus opportunum a Cęsarea potestate priuilegium ad legitimādum habens eo vtatur, & ipsum Iulianum legitimare,credo quòd
3 Dux talem concessionem appellat priuilegium,& † ex verbis prolatis in vno actu vel scriptura declaratur qd senserit,idem disponens in alio actu vel scriptura, vt probatur in l.vxori,§. fin.ff.de leg.2.& ibi not.Bart. Hoc etiam confirmatur ex verbis dicti decreti prohibitorij, vbi non simpliciter fit mentio
4 de priuilegio,sed etiam subiungūtur† illa verba, cuiusuis materiæ, vel formæ, quæ uerba ampliant, vt uenire possint ea, quæ quouis modo, etiā largè possint priuilegia appellari per no.per gl.2.cum ibi no.per Ioan.de Imo.in clem.1. de re iudic.& per no.per glo.in l.cum pœnam.ff.de arbi. in glo.2.& per no.per Bar.in l.quanti,§.vxori in fi.ff.de aur.& arg.leg.& per Bar.in c.imperialem,in prin.in titu.de prohibi. feu. alie. per Feder.in ver.sed quid si concessum est feudum mihi recipienti pro me,& successoribus meis quibuscunque &c. & in c.in præsentia.de proba.in ver.nota tamen,quod mens hæredis &c.cum simi.sed dicta impetratio potestatis legitimandi videtur posse appellari saltem largè priuilegium legitimandi,quia per id conceditur potestas faciendi quem succedere contra ius commune, & expressis Bal.in l.1.in princip.ff.de tuto.& curato.da.ab his,appellat talem concessionem priuilegium,& est de mente Io.Andr. Ant.de Butr.& dom.Abb. in c.ar.si clerici.§.de adul.de iudic.& Ioann. Cald. in disputatione sua incipiente. Papa concessit. Et puto etiam, quòd ex communi vsu loquendi dicit cōcessiones appellari priuilegia,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

legia, propter quod res redderetur adhuc clarior, qui verba in vnaquaque dispositione recipiũt interpretationem à communi vsu loquendi, c. de illis, el 1. de sponsa. l. Labeo. ff. de sup pel. lega. not. in Librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3.

EPITOME.

DECIDIT quòd habens potestatem legitimandi spurios & bastardos, potest legitimare incestuosos, & quòd in legitimatione non requiritur exprimi qualitatem illegitimitatis, & malè.

CONSILIVM LXX.

[a] Magnificus [a] miles dominus Ioannes de Lisca filium habẽs legitimum & naturalem nomine dominum Sandæum, & Simonem filium eius incestuosum natum ex Cichina filia quondam Petri Germani, consanguinei dicti domini Ioannis per comitem Palatinum legitimari fecit Simonem prædictum præsente & consentiente dicto domino Sandæo, vt cõstat publico documento legitimationis postea decessit dictus Ioannes relicto domino Sandæo, & Simone prædictis qui eidem ab intestato pariter successerunt, deinde decessit dictus Simon relicto Anguinolpho eius filio legitimo & naturali eiusdem hærede vniuersali ab intestato. Quæritur, an attenta dicta legitimatione aliquid Anguinolpho obijci possit, quin in bonis allodialibus dicti Ioannis mediante persona Simonis, vel ex sua propria persona succedere possit. Item cum ipse Anguinolphus steterit absens per plures annos, & dominus Sandæus eius patruus vniuersam possideat hæreditatẽ, quid magis sibi expediat intentare, an iudicium familiæ erciscundæ, vel petitionis hæreditatis, vel remedium possessorium, præsupposito, q̃ post mortem patris nunquam aliter possessionem apprehendit, nisi quia in domo dicti domini Ioannis remansit, & stetit post mortem eius patris. Circa primum dubium videretur

1 † prima consideratione dicendum, dictum Anguinolphum ad hæreditatem & bona aui admitti non posse, quia dicta legitimatio videtur esse inefficax, vt statim dicam, ergo Simon tanquam incestuosus succedere non potuit. l. si quis incestu. & in auth. ex complexu. C de incest. nup. & per consequens non potest venire Anguinolphus tanquam hæres patris ad hæreditatem auitam, nec etiam potest venire Anguinolphus ex persona sua, propria, extante filio legitimo & naturali, scilicet domino Sandæo, quia tunc sicut spurius filius non succedit, ita nepos ex ipso filio spurio, vt l. fin. ibi, ea enim subsistente &c. iuncta gl. & ibi notant Doc. & Ioan. Andr. in addi. Spe. in tit. de successio. ab inte. §. 1, in addi. incipiente, Accursius &c. & maxime quando talis nepos natus est ex filio incestuoso, prout in proposito, quia tũc sine dubio etiam expres-

b se, nihil relinqui sibi posset ab auo, nullis [b] etiam extantibus legitimis, vt per Bar. & Bal. in dicta l. si quis incestu. per illum

2 tex. Quod autem legitimatio † non tenuerit, probatur, quia dictus Comes Palatinus non habebat potestatem legitimandi incestuosos, sed simpliciter spurios & bastardos, vt patet ex inspectione dicti priuilegij. ergo succedit id, quod dixit Bal. in c. naturales, in fin. si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agna. vbi inquit, quòd si est concessum comiti, quòd possit legitimare certum genus spuriorum, alios qui laborant maiori spurietate legitimare non posset, nam natura speciei est, specificare non per modum generis, alleg. l. hæres meus, §. duæ sta tuæ. ff. de leg. 3. Item quia secundum eum in difficilioribus princeps reddit se difficiliorem, vnde talia non videntur commissa, vt no. Io. Mo. in c. 1. de filijs præsbyter. in 6. dicit etiam ibi Bald. quòd per matrimonium ex dispensatione Papæ con

c tractum non legitimantur incestuosi [c] nisi de eis fiat mentio, alleg. l. Paul. alias incipit, eum qui. cum ibi notatis per Cyn. ff. de statu hominum, & ibi not. Guliel. Bart. & Bal. in l. si con

3 tra, C. de nup. Nec obstat, quòd † in dicto priuilegio dicatur, & alios quoscunque ex damnato, seu illicito coitu, quia debet intelligi de alijs natis ex simili coitu damnato, & sic de his, qui sunt similes ipsis simpliciter spurijs. non autem de magis odiosis ipsi legi, prout sunt ipsi incestuosi: talis enim coitus est magis odiosus legi, vt patet in l. si qui. incest. C. de incest. nupt. & illa dictio alios, est repetitiua similium, & non maiorum c. sedes, de rescrip. in clem. non potest. de procu. no. in c. qui ad agendum, eo. tit. lib. 6. & in l. si fugitiui, cum glo. C. de

4 fer. fug. † Sed his non obstantibus contrariam sententiam de iure veriorem proculdubio esse puto, quia per legitimationẽ Simonis nihil a legitimis & naturalibus filijs differre censetur ipse, & pari ratione Anguinolphus, vt in auth. quibus mo. na. effic. sui. §. & quoniam variæ. ibi, nihil dissimilis à legitimis, & in §. reliqui. ibi. illas successiones quas habent, qui ab initio sunt legitimi. & in §. illud. ibi. nihil à legitimis filijs differentes. & ibi, restituere naturæ & antiquæ ingenuitati. &

5 in §. adoptionis. & in auth. qui. mo. na. effic. legi. §. liceat. † Et

d dato quòd [d] facultas legitimandi per rescriptum sit de reseruatis principi. in auth. quib. mo. na. effi. sui. §. fin. cum ibi notatis per venerabilẽ, qui fil. sint legi. l. 1. C. de iure aureo. annul. no. gl. in auth. ex complexu. C. de incest. nup. tamen princeps talem facultatem alteri demandare potest, sicut potest delegare alia sibi reseruata. c. quòd translationem de offic. lega. l. vectigalia. ff. de publica. l. non solent. C. noua vectig. & etiam priuato hanc potestatem concedere potest, vt dixit gl. in l. 1. in verbo, potest, ff. de tut. & cur. da. ab his, per quam gl. dicit ibi in specie Bald. defendi priuilegia Comitum Palatinorum super spurijs legitimandis, & no. Bal. in l. cum filius. ff. de test. mil. vbi ponit, an posit concedi talis facultas legitimãdi cum potestate præiudicandi iuri filiorum legitimorum & dicit q̃ sic. & notatur per eundem in l. 2. C. de seruitu. & aqua, & in l. rescripta. ad fi. C. de preci. Impera. offe. & in c. domino guerram, in prin, in tit. hic finitur lex. & in auth. præterea. C. de natura. li. & per Ant. de But. in c. per venerabilem, qui fil. sint le

6 gi. † Et potuit dictus Comes Palatinus virtute authoritatis sibi concessæ legitimare etiam natos ex incestu, quoniam si ha

e bet potestatem legitimandi spurios, & bastardos, sequitur [e] q̃ potest legitimare incestuosos, qui spurij appellantur, vt in l. vulgò, in fi. & ibi gl. 2. ff. de sta. ho. & no. gl. in c. nisi cum pridem, in verbo, manseres, de renun. & Spec. in tit. de succes. ab inte. §. 1. versi. nunc de naturalium & Bar. in l. fi. ff. de his qui.

7 vt indig. † Et tanto magis cunsimus in materia, in qua fieri debet latissima interpretatio, nã licèt ipsa legitimatio sit odio

f si. c. 1. & 2. de fil. præsby. in 6. tamen concedere facultatem legitimandi dicitur esse beneficium, & latè [f] interpretandum, hæc probantur in c. dudum. cum glo. in verbo, beneficia, de præb. in 6. iuncto c. quamuis, el 1. eo. tit. probatur in c. fi. cum glo. de simo. & no. Archid. in d. c. 1. de filijs præsbyt. in 6. & Doc. maximè Moderni, in l. 2. in prin. ff. de verborum obliga

8 tio. † Nec fuit necesse in tali priuilegio concesso dicto Comiti, quòd exprimeretur qualitas spurietatis, & sic incestus, quia etiam in ipsa legitimatione, in qua fit stricta interpretatio (vt

g dixi) non est necesse, quod exprimatur qualitas [g] spurietatis, quando est ex multiplici capite spurius, sed satis est exprimere in genere de spurietate, vt no. Bal. in l. si qua illustris. C. ad Orfi. & in l. eum qui. aliàs incipit, Pau. ff. de sta. homi. & in c. naturales, in prin. si de feu. fue. controu. inter do. & agna. & in l. eam quam. C. de fideicom. per Ioan. And. in addi. Specu. in rub. qui fil. sint legi. & Old. consi. 247. quod incipit, factum tale est, quidam Rex. & Ant. de But. in d. c. per venerabilem, & in simi. not. Host. & Ioan. And. in c. fin. de filijs præsby. genus enim includit omnem suam speciem. l. si vnus, in princ.

9 ff. de admi. tu. l. si duo. ff. de admi. tu. Nec obstat † quod in dicto priuilegio concesso dicto Comiti dicatur, dummodo ex huiusmodi legitimationibus per vos & successores vestros faciendis, omnibus & singulis legitimis hæredibus nullum penitus in patrimonio, seu cæteris eorum iuribus vbique locorum præiudicium generetur &c. quia respondeo primò, quòd cum dicta legitimatio facta fuerit viuo patre Domini Sandæi, qui erat legitimus & naturalis, non potest dici esse facta in præiudicium ipsius Domini Sandæi, quia viuente patre nõ est debita hæreditas filio. l. 1. §. si quis impuberi. ff. de coll. bo. l. si quando. §. 1. C. de inoffi. test. l. post emancipationem. §. primò, & ibi Barto. ff. de lib. lega. & per eundem in l. fin. ad fi. C. de pact. & in l. is potest. ff. de acquir. hær. Secundò, quia consensit huic legitimationi Dominus Sandæus, vnde non legitimatio sed consensus suus sibi præiudicabit, l. si debitor. §. 1. & l. si consensit. ff. quibus mo. pig. vel hyp. sol. Nec oportet agredi dubium illud, videlicet, an legitimatio facta ab habente potestatem legitimandi ab Imperatore, habeat vires in terris Ecclesiæ, quia præsupponitur, quod bona sita sunt in ter-

10 ris Imperij. † Quò ad secundum dubium non consulo, q̃ agatur actione fam. ercis. quia aduersarius negando Anguinolphum agentem esse cohæredem, attento quòd aduersa-

rius

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

rius est ille, qui possidet, excluderet Anguinolphum in tali iudicio l. 1. C. fam. ercis. sed agat vel petitione hæreditatis, narrando se hæredem, & aduersarium possidere, & petendo declarari se heredem, & aduersarium condemnari ad restitutionem hæreditatis pro parte spectante ad dictum Anguinolphum vnà cum fructib. perceptis. l. item veniunt. §. fructus. ff. de peti. hær. & l. 2. C. eo. tit. & traditur forma libellandi per Bar. in Lex diuerso. §. 1. in prin. ff. de rei ven. & in l. 2. cũ seq. ff. de pet. hær. & in l. 1. in prin. ff. de eden. & Doc. in c. 2. de li-
11 obla. Vel agat † interdicto possessorio adipiscẽdæ, scilicet quorum bonorum, in quo venit vniuersitas bonorum & rerum corporalium, & per consequens accessiones sicut in petitione hæreditatis. l. 1. ff. quorum bonorum & no. glo. in rub. C. quorum bonorum. & in tali interdicto sufficient probationes summariæ, quæ non sufficerent in petitione hæreditatis, vt no. in l. 1. C. quorum bonorum. & in l. 1. ff. eo. tit. vbi per Bart. & narrabit se esse hæredem Dom. Ioannis pro dimidia pro indiuiso, mediãte persona Simonis defuncti, & ꝙ aduersarius possidet bona d. hæreditatis, & concludit eum cõdemnari ad restitutionem possessionis omnium bonorum pro dimidia, & pro indiuiso vnà cum fructibus, & formam libellandi ponit Spec. in tit. de testam. §. nunc dicendum. Nõ tamen sibi competeret tale interdictum pro recuperatione possessionis bonorum, quæ post mortem Simonis & additionem hereditatis possedisset Anguinolphus, vnde si post pupillarem ætatem apprehendisset possessionem aliquorum bonorum hæreditariorum, videretur per illum actum adiuisse pariter & apprehendisse possessionem, post quam apprehensam nõ datur in illis bonis, quorum possessio apprehensa est, interdictum quorum bonorum, quod est interdictum adipiscendæ possessionis, postquam iam adeptus fuerat, vt est gl. not. in c. 2. de confes. in 6. & probatur Insti. de interdic. §. pro hærede.
12 versi. ideo autem. Nec † similiter haberet locum petitio hæreditatis pro talibus rebus, quia post aditam hæreditatem & apprehensam possessionem desinunt esse hæreditariæ, & dicuntur esse res hæredis, non autem amplius sunt hæreditariæ. ita decidit gl. in l. fi. & ibi expressius. Bar. ff. de fideic. hær. pet. per no. in l. 1. §. veteres. ff. de acq. pos. & in l. hæres per seruum. ff. de acq. hære. Sed tunc pro illis rebus, quarum possessionem apprehendisset, & à possessione postea cecidisset, competeret possessorium recuperandæ, seu remedium ex canone reintegranda. 3. q. 1. quo casu etiam veniunt fructus. l. videamus. h §. in Fauiana. ff. de vsu. Vel si vellet, posset agere rei vendicatione & Publiciana, iuxta c. Abbate sanc. de re iud. i 6. si probare posset de aliquo titulo D. Ioannis in dictis rebus. Et li-
13 cèt dicatur † quòd in domo hæreditaria remansit d. Anguinolphus, non per hoc sequitur quòd dicatur apprehendisse possessionem reliquorum bonorum hæreditariorum. l. 3. in prin. cum ibi no. ff. de acq. poss. no. Dy. in c. 1. de reg. iur. in 6. & sic puto, quod consultius erit agere interdicto quorum bonorum eo modo, quo dixi supra.

ADDITIONES.

a Magnificus.] Prima pars huius consultationis displicet Deciano consi. 40. quæritur nunc enim 43. li. 3 & consi. 19. & certè nu. 44. ver. quicquid dicat Alex. lib. 1. Roues.

Redemptoris.] Addo Hypol. singul. 121. credo te scire. Roues.

b ¶ Nullis. secus in filio ex simplici spurio. vt dixi sup. li. 2. consi. 74.

c ¶ Iucestuosi. & est verum, quicquid dicat Pet. Anc. consi. 409. dixi in consu. Parisi. §. 122.

d Et dato quòd.] Amplia hoc dictum Alex. vt tales legitimati a Comite Palatino habente potestatem dicantur legitimati ab ipso Imperatore dante auctoritatem. arg. l. 1. § omnia. n. nostra. C. de vet. iur. enuc. Parisi. consi. 1. nu. 3. vol. 2. & cons. 5. nu. 3. vol. 2. Roues.

e ¶ Sequitur. Imò nõ sequitur, vt tenet Fran. Are. in l. si ita scriptũ. in prin. de lib. & posth. Cep. caus. ciu cõs. vlt. facit sup. li. 3. consi 82. num. 17. & infra eo. consi. 129. & sic Alex. hic male consuluit ex defectu potestatis in legitimante.

f Late. Imo vt dixi supra li. 5. consi. pe. nu. 32.

g ¶ Qualitas. Contrariam melius tenet Alex. infra eo. consi. 129. & sup. li. 2. consi. 195. vbi dixi.

h Lege videamus.] Iste rex. probare uidetur in illis verbis in interdicto vti de. vi, etiam fructus sunt restituendi. Et mox, Non per hoc sequitur. Dicunt possidere res in domo contentas Bald. ad l. de his. C. de furt sequitur. Iaf. ad l. 3. § Neratius. ff. de acquir. possess. Soc. consi. 131. in præsenti. col. 1. lib. 1. Natta.

Col 1. Reprobatur a Rol. a Val. consi. 61. nu. 39. vol. 1. Hier. Zanch.

EPITOME.

PRIVILEGIVM alioquin personale censetur reale propter verbum, in perpetuum, vel si datur compẽsatio iusta.

LXXXI.

CONSILIVM LXXI.

5 pro bonis etiam existentibus in territorio Casalis, quia † collecta est munus, quod imponitur personę pro rebus, & per cõsequens non potest imponi forensibus, vt legitur & not. in d. l. rescripto. §. fi. & in d. l. Lucius. §. sola, & dixi supra. Aut cõmune Casalis ex dispositione iuris communis vult imponere collectas hominibus, qui sunt sub territorio Casalis pro bonis positis in territorio Casalis, & de iure communi non inficiebor, quod commune Casalis illud facere possit, nisi obstaret contraria præscriptio, vel consuetudo, quæ an obstet dicetur infra. Aut commune Casalis vult se fundare ex aliqua consuetudine ad collectãdum dictos omnes homines, de quibus in themate fit mentio, & dico quod non potest, quia dato ꝙ apparere posset, quod commune Casalis antea collectasset dictos homines pro dictis bonis (quod tamen non apparet) attamen cum superuenerit contraria consuetudo, quia præsupponitur, quod commune Tauxignani iam sunt anni 70. & vltra vsque ad annum 1457. semper collectauit omnes prędictos homines pro dictis bonis, unde per istam contrariã consuetudinem derogatum esset cuicunque precedenti consuetudini, vt no. gl. in l. nemo. §. temporalis. ff. de reg. iur. & not. gl. & Doc. in l. 2. C. quę sit lon. consue. & Io. And. in c. fin. de consue. Aut commune Casalis vult se fundare ex dicta reformatione, & non potest, dato sine prędudicio, quod appareret illam reformationem fuisse legitime, & solenniter editam & approbatã, quia dicta reformatio quo ad homines prędictarum villarum, & pro bonis ibidem sitis non fuit seruata, nec recepta, imò contrarium fuit seruatum, quia commune Tauxignani semper exegit post dictam reformationem collectas per longissimum tẽpus a dictis hominibus pro bonis ibidem

7 positis, & sic † illa reformatio, quę nunquam fuit recepta & obseruata, quo ad bona dictarum villarum, nõ habuit, & per consequens nec habere debet obseruantiam in casu isto, vt no. gl. & Doc. in c. 1. de treug. & pac. per id quod habetur. 4. dist. §. leges. & l. 1. in fi. ff. de vētre in sp. & no. Bar. in l. fi. §. sed cum antiquitas, C. de cur. fur. & Bar. in consi. inci. Iudex communis Assisij. & gl. in l. rem non nouam, & ibi Bal. C. de iud.

8 Et in proposito † dicit Bal. in auth. omnes peregrini. C. communia de suc. quod si facta fuit quędam reformatio contraria statuto, tamen statutum ante & post fuit practicatum, ꝙ statutum erat attendendum & seruandum, cum reformatio non fuerit more vtentium approbata; quia non dicitur interruptum, quod semper viguit, allegat no. per Arch. 4. dist. in c. fi. & istud dictum etiam reassumpsit & sequitur Pe. de Anch. in rep. c. canonum statuta. de const. in ver. quęro vlterius, facta fuit quædam &c. facit l. de quib. cum materia. ff. de legib. Ex his infertur, quod commune Casalis ex consuetudine, vel reformatione se fundare non potest ad collectãdum aliquos ex prædictis hominibus pro dictis bonis, nec etiam se fundare potest ex dispositione iuris communis, quo ad collectandum homines subditos iurisdictioni communis Tauxignani pro bonis sitis in dictis villis. Sed commune Tauxignani de iure communi, & etiam ex cõsuetudine prædicta potest collectare sine dubio homines suppositos iurisdictioni Tauxignani pro bonis positis in dictis villis, quia collectæ debent imponi subditis, quia est actus iurisdictionis præal. l. rescripto. §. fi. cum concord. & no. in specie. Bal. in l. data. C. qui accu. vbi ad hoc alleg. tex. cum gl. in authen. quib. mod. nat. effi. sui. §. si quis igitur ex qualibet. Nec † obstat, si dicatur, quòd

9 commune Tauxignani non debet posse collectare subditos pro bonis existentibus extra territorium Tauxignani per no. per gl. in l. 1. C. de muner. & in quo loc. lib. 11. & per Guil. in d. l. neminem, quia respondeo, quòd imo veritas est in cõtrarium. hoc primò probatur authoritate gl. & Doc. in d. l. quæ expresse sentit, quod subditus ciuitati potest cogi ad solutionem collectarum pro bonis sitis in alio loco, quando bona in illo loco, in quo posita essent, non tenerentur, nec obligata essent ad solutionem tributorum, & sic onerum realium, ne pro ijsdem rebus duplex onus imponeretur: sed ita est, ꝙ bona subditorum Tauxignani posita in dictis villis non sunt obligata ad solutionem tributorũ in territorio Casalis, quia

d prædia Italica d de iure non sunt tributaria. l. 1. & l. fi. & vtroque no. ff. de censi. l. de his. C. de epis. & cle. & plenè no. in l. fi. C. sine censu. uel reli. & minus etiam tenentur dicti homines communis Tauxignani pro dictis bonis suis positis in dictis villis subire collectas imponendas per commune Casalis

10 quia, vt sæpius dictum † est, collectæ imponũtur personis pro reb. & non possunt imponi nisi subditis, & sic patet, quod dicti homines supposiri communi Tauxignani non possunt cogi subire onera in duobus locis, & per consequens possunt cogi subire collectas i eo loco, cui ipsi sunt subditi, vt est expresse de mente gl. in d. l. 1. & hoc ibi expresse vult Bar. quod vbi essemus in casu, in quo de consuetudine ciuitates, aut castra imponerent collectas etiam forensibus possidentibus bona in territorio illius ciuitatis, vel castri, ꝙ tunc quis non debet cogi soluere collectas, nisi pro bonis, quæ possidet in territorio suæ ciuitatis collectantis, quia pro bonis, quæ ipse habet in loco alterius iurisdictionis, collectatur de consuetudine a republica illius alterius loci, i quo bona sita sunt, alias autem cessante dicta consuetudine dicit Bar. & Ang. in d. l. 1. ꝙ forte posset compelli subire collectas in loco, cui suppositus est, etiam pro bonis, quæ alibi posita essent, per l. fi. ff. de decretis ab ord. fac. vbi potest expresse superior iurisdictionem habens afficere subditum etiam extra territorium, vt ibi, & l. mercatores. & ibi not. Decio. maximè Bal. C. de decu. & mer. & l. 2. C. de cunu. & plene Barto. & alij in l. cunctos populos maximè in 8. q. C. de sum. Trin. cum concordi. Sed non possit

actu

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

communi nomine, & posset Fucius repetere a D. Gaspare illud, quod soluisset pro apotheca, tanquam indebitè solutum.
g Nec etiam s habet obstare, q† Matthæus fuerit præsens testa
9 mento Catherinæ vxori olim Fucij, quæ testamento disposuit, quod Lippus & Matthæus eius filius valeat, & stare possint in dicta apotheca toto tempore eorum vitæ soluendo pensiones debitas, quia respondeo, quòd illa præsentia & tacitur nitas Matthæi sibi non præiudicauit, etiam si tunc ies dictæ apothecæ spectasset ad dictũ Matthæum, casus est in l. Caius. ff. de pign. act. & in l. Titia cum testamento. §. Lucio. ff. de leg. 2. quanto minus debuit præiudicare, cũ tunc Matthæus non haberet ius in apotheca, sed Lippus, qui tunc viuebat. Præterea poterat dispositio illius testatoris sortiri effectum, etiam absque eo, quod Matthæus videretur renunciasse iuri suo, q a si hæredes Fucij soluissent Lippo dictam dimidiam pretij, cõpetebat Lippo, & Matthæo ius ex dicto legato. Nec etiam ob. quòd appareat per publicum instrumentum, quòd dicti Fucius & Lippus confessi fuerunt habuisse ad mercandum libras centum Bon. a ser Berto de pecunijs Caldarini, & q in libris dicti venditoris videatur contineri, quod illæ libræ centum peruenerint ad dictum venditorem, quasi venditor eas habuerit a dicto Fucio & Lippo, quia respondeo, quod antequam factum esset instrumentum dictarum librarum centũ, iam habuerat dictus venditor totum dictum pretium apothecæ a Lippo, vt patet ex inspectione instrumentorum, q præ-
10 ualent scripturis primatis, vt iam dixi. † Nec potest dici, quòd licèt in instrumento Lippus & Fucius confiteantur habuisse & recepisse dictas libras centum a ser Berto, tamen potest esse, q ante instrumentum per plures dies, & menses habuerunt, & eas conuerterunt in causam dicti venditoris, quia respondeo, quòd illa verba, cõfessi fuerunt habuisse & recepisse, intelliguntur probare receptionem factam fuisse tempo-
h re h instrumenti, vel incontinenti ante & non ex interuallo, eleganter probat. Bar. in l. post dotem. in 1. q. ff. sol. mat. & in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. obl. & ibi de hoc est tex. & gl. & no. Bar. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. pet. & in l. triticum. de verb. obl. & in l. prædia. ff. de acq. pos. Præterea posito, quod etiam ita esset, scilicet quod dictæ libræ centum fuissent per Lippum, & Fucium conuersæ in causam pretij dictę apothecæ, tamen adhuc constat, quòd dictæ libræ centum, quas ambo confessi sunt habuisse ad mercandum fuerunt restitutæ dicto ser Berto solum per dictum Lippum, vt patet in instrumento producto in actis, & præsumitur, q fuerint restitutæ de pecuniis propris Lippi, vt in d. l. cum proponas, & ibi not. Bart. & dixi supra, & sic omnino Lippus esset creditor dicti Fucii in dimidia dictæ quantita-
11 tis. Nec etiam obstat † si diceretur, quod reperitur, quod dimidia dictæ apothecæ est descripta ad æstimum dicti Fucij, q a respondeo, q in præiudicium tertij æstimum nullam fidem facit, nisi appareat q ille tertius consenserit, quod ita describeretur in æstimo. l. si pater. & ibi per illum tex. no. hoc Bal. C. de ac. emp. & l. censualis, & ibi Doc, C. de don. & l. solenni bus, & ibi Bal. & Salv. C. de rei ven. & no. Bal. in l. quidam in suo. ff. de condi. instit. Præterea dato, quod fidem faceret, q apotheca spectaret ad Fucium pro dimidia, tamen non sequitur, ergo Fucius non tenetur soluere pretium, solutum pro eo a magistro Lippo, vt est casus in d. l. cum proponas. Nunc re-
12 stat † videre, vtrum posito, quod hæredes Fucii possint petere aliquas pensiones pro tempore præterito, possit è cõtra hæres Lippi consequi interesse suum, ratione dictę dimidię pre-
i tij non soluti per dictum Fucium: & dico quod sic, i & hoc apertè decidit ex nota. per gl. communiter approbatam in l. curabit. C. de act. emp. & l. Iulianus. §. ex vendito. ff. eo. titu. vbi habetur, quòd si vendidi fundum, & non tradidi emptori, sed retinui fundum & percepi fructus, & emptor non interpellatus mihi nunquam dedit pretium, & postea emptor velit a me vẽditore petere fructus, potero ego loco fructuũ, quos sibi dare teneor, agere ad vsuras pretij, tanquam interesse. & hoc casu licitè petuntur tales vsuræ tanquam interesse etiam de iure canonico, vt not. in d. l. curabit. & in l. 2. C. de vsu. & no. gl. & Doc. in c. cõquestus de vsu. & Host. in summ. de vsur. §. an aliquo casu. & venit interesse, quod quis consequutus est nedum ratione damni contingentis, sed etiam ratione lucri cessantis, vt si petés interesse erat mercator, vt no. Cy. in auth. ad hęc in pe. q. & ibi Saly. C. de vsur. & in termi-
nis Pet. de Anch. & dominus Abb. in d. c. conquestus. & no. Bar. in l. 1. C. de sent. quę pro eo, quod inter in vers. venio ad vltimam partem &c. per l. secundam in fi. ff. de eo quod cer. lo. & constat, quod Lippus erat mercator, vt patet ex dicto instrumento facto cum dicto Fucio, & ser Berto, & cõfitetur hoc domina Albaxina respõdendo positionibus. Si ergo vult hęres Fucij agere ad pensiones dictę apothecę, pro qua tenebatur soluere Lippo dictum pretium potest consequi hęres
13 Lippi vsuras dicti pretii loco interesse. Et quando † interesse k
K non est probatum iudici, tamen iudex ex suo officio l potest
l illud taxare, & arbitrari ex coniecturis l. si tradirio & ibi hoc no. Bar. C. de act. emp. & l. 1. & ibi hoc no. Cy. & Bar. in l. vni. C. de sen. quę pro eo, quod inter. & l. semper. §. in hoc interdicto. & ibi no. Bart. ff. quod vi, aut clàm. Ex quibus concludo, q inspectis meritis causę, iudex si condemnet Matthæum dictę Albaxinę, seu eius procuratori ad relaxandum hęredi dicti Fucii dictam dimidiam apothecę, debet condemnare et dictam Albaxinam, & dictum procuratorem nomine dicti hæredis ad dimidiã pretij dictę apothecę soluti per Lippum & similiter si condemnauit Matthęum ad aliquas pensiones pręteriti temporis, debet similiter condemnare econtrà ad interesse ratione dicti pretij non soluti taxando, & arbitrãdo
14 quantitatẽ dicti interesse. Omitto plura, † quę circa ordinem processus dici potuissent, quia in quacũque causa etiam sum
m maria debet plenariè legitimari m persona comparentis, vt no. Bar. in l. 2. in fi. C. de edi. diu. Adri, per ibi no. per gl. & no. Bal. in l. fi. eo. tit. in 5. q. & Bal. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. & potuisset fortasse dici, qđ Albaxina non probauit se esse coniunctam personam dicti Ioannis, prout allegauit, & fortè et non præstitit satisdationem cũ fideiussore, quòd dictus Ioannes ratũ haberet iudicium secum gestum, vti tenebatur, iuxta. l. Pomponius. §. fi. cũ gl. ff. de procu. l. prætoriæ, & l. vltima. cum ibi not. ff. de præto. stipul. & etiam non poterat petere domina Albaxina condemnari Matthæum ad dandum, seu relaxandum ipsi Albaxinæ pro dicto Ioãne, vt fecit, quia coniunctæ personę solui non potest. l. 2. ff. vt leg. no. caueatur. & l. 3. ff. sol. mat. & ideo Bar. in l. vero procuratori. in prin. ff. de solu. dicit, quod non procedit illa petitio facta eo modo, quo petijt dicta Albaxina, tñ in istis non multum insisto, maximè quia põt esse, q dicta Albaxina præstitit satisdationem, & alia fecit, quę facere tenebatur, licèt in actis mihi transmissis non inuenia, ideo libentius feci fundamentũ super meritis causæ.

ADDITIONES.

a ¶Concludo. sup. lib. 4. consi. 134 sup. lib. 2. consi. 78.
b ¶Malam fidem. sup. li 4. consi. 99.
c ¶Hæres, sup. lib. 5. consi. 2. 4. 7. ied vide, sup. l. b. 1. consi. 110. in fi.
d ¶Restitutio. sup. lib. 1. consi. 71.
e Potest etiam ex alio.] And. Tira. q. in tract. retractus conuent. gl. 2. §. 1. nu 41. versi. 4 intelligo. Roues.
f Nam alias] Dixi ad Alex. consi. 70. lib. 1. Roues.
g Nec etiam] Ofasens decis. 91. supersit, nu. 21. Roues.
h ¶Tempor., dissentit Alcia. de præsum. reg. 3. præsum. 35. nu. 9. adde inf. lib. 7. consi. 178. nu. 4.
i ¶Quod sic.] Vnde vnus filiorum petens diuisionem cum fructibus a die mortis, non solum tenetur conferre pecuniam, quam receperat a defuncto, sed etiam interusurium a die mortis, vt dixi in consu. Pari. § 123.
k Et quando interesse.] Ant. Gab. Rom. lib. 3. recep. feud. reg. 10. sub titu. de solut. & liber. Roues.
l ¶Officio. sup. lib. 1. consi. 133. in fin. sup. lib. 2. consi. 37. Rom. consi. 281. Cor. consi. 26. in fi. lib. 1. Ang. §. non solum insti. de verb. obl. Mari Soc. in c. dilecti filij. de for. compe. c. 2. nu. 23. de libel. oblat. Matth. Afflic. deci. Neap. 58. nu. 8. decis. 83. nu 6.
m Legitimari. sup. li. 2. consi. 59. nu. 2.

EPITOME.

Ciuitas potest de iure communi imponere collectas subditis ratione patrimonij vbicunque siti, nisi subditi pro bonis sitis in alieno territorio solurent ibi collectas.

CONSILIVM LXXVIII.

Circa præscriptionem, & consuetudinem iuris collectãdi, & in quibus locis debeãt solui collectæ, & pro quibus bonis.

1 Videretur prima consideratione, quod dictum † commune Tauxignani nõ possit collectare dictos possidentes bona existentia in territorio Casalis pro dictis bonis positis extra territorium Tauxignani, vt
a no. gl. in l. 1. a C. de mulier. & in quo loc. lib. 10. & ibi Bar. in ver. tunc quæro, aliquis est hic ciuis, & alibi habet possessiones &c. & Gul. de Cun. in l. neminem. C. de sacr. san. eccles. in vers. sed venio nunc ad munera patrimonialia &c. vbi videntur

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tur velle, ꝙ ciuitas non possit subditos suos collectare pro bonis, quæ ipsi subditi habent extra territorium ciuitatis, non nim habet iurisdictionem extra territorium. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. l. cum vnus, ad fi. ff. de bon. auth. iud. poss. c. vt animarum. in fi. de consu. in 6. ergo commune Tauxignani de iure non potest imponere collectas, etiam subditis ſ. is pro bonis, quæ ipsi habent extra territorium Tauxignani, quãto minus poterit commune Tauxignani collectare subditos suos, qui sunt incolæ in territorio Casali, cum clare constet, collectas forensibus, seu non subditis imponi non posse. l. rescripto. §. fi. ff. de mun. & hono. l. libertus, §. sola. ff. ad muni. & ibi not. Bar. l. cum neque. & ibi no. etiam Bar. C. de inco. li. 10. no. gl.

2 in rub. C. de mun. patr. lib. 10. Secundo, † quia cum commune Tauxignani habeat contra se ius cõmune, per ea, quę proximè dicta sunt, sequitur, quòd ex aliqua exactione collectarum facta per longissima tempora dictum commune Tauxignani a prædictis hominibus pro bonis suis extra territorij Tauxignani non potuerit præscribere ius exigendi collectas pro dictis bonis, nisi commune Tauxignani aliquem de hoc titulum habuisset, vt est casus in c. 1. de præscr. in 6. & plenè no. in c. si diligenti. eo. tit. in antiq. & in proposito no. Bar. in l. cum de in rem verso. ff. de vsu. & canonistæ in c. peruenit.

3 de censi. nisi concurreret † cursus tanti temporis, cuius initij in contrarium memoria non existat, vt in d. c. 1. habet enim vsus tam diuturni temporis, vim concessionis & priuilegij. c. super quibusdam. §. præterea. de verb. sig. & 100. distinctio. c. contra morem. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & prædictá maximè procederent, si verum esset, ꝙ de anno 1386. vel circa. edita fuisset, vt quidam dicunt, certa reformatio in generali consilio & parlamento communis comitatus Molæ, in qua in effectu committeretur, quod homines communitatum comitatus Molæ soluere deberent collectas pro possessionib. quas habebunt in cõmuni illo, in cuius

4 curia sitæ erant. Sed præmissis † non obstantibus contrariam sententiam de iure probabiliorem esse puto. Et præsupponno, ꝙ municipium, castrum & villa possunt imponere collec-

b tas b pro necessitatibus occurrentib. vt no. in l. 1. §. quibus, & ibi Bar. & alij. ff. quod cuiusque vni. no. & no. Dy. & Bar. in l. 3. per illum tex. ff. de ali. & ci. leg. Spe. in ti. de exec. sen. §. sequitur. ver. quid si vniuersitas, & Bar. in l. 4. §. si actor. in prin. ff. de re iu. & dicit Ange. in d. l. 3. in prin. se habuisse de facto Paduę, & ita obtinuisse p gl. in auth. qui. mo. na. effi. sui. §. ex his, in verbo, persoluet. & ibi etiam no. Ang. hoc præsupposito moueor contra commune Casalis, in primis, quia commune Casalis nunquam in prĕteritum saltem a septuaginta annis citra consueuit imponere aut exigere collectas ab hominib. prędictis, de quib. in themate fit mentio pro bonis situatis in dictis vilis, pro aliquibus necessitatibus occurrentibus in dicto communi Casalis, vnde aut commune Casalis volẽs imponere collectas vult se fundare ex dispositione iutis cõmunis, aut ex aliqua consuetudine aut ex dicta reformatio-

c ne. Si vult c se fundare ex dispositione iuris communis, & tũc constat, quod homines, qui non sunt sub iurisdictione communis Casalis, non possunt collectari per commune Casalis

5 pro bonis etiam existentibus in territorio Casalis, quia † collecta est munus, quod imponitur personę pro rebus, & per cõsequens non potest imponi forensibus, vt legitur & not. in d. l. rescripto. §. fi. & in d. l. Lucius. §. sola, & dixi supra. Aut cõmune Casalis ex dispositione iuris communis vult imponere collectas hominibus, qui sunt sub territorio Casalis pro bonis positis in territorio Casalis, & de iure communi non inficiabor, quod commune Casalis illud facere possit, nisi obstaret contraria præscriptio, vel consuetudo, quæ an obstet dicetur infra. Aut commune Casalis vult se fundare ex aliqua consuetudine ad collectãdum dictos omnes homines, de quibus in themate fit mentio, & dico quod non potest, quia dato ꝙ apparere posset, quòd commune Casalis antea collectasset dictos homines pro dictis bonis (quod tamen non apparet) attamen cum superuenerit contraria consuetudo, quia præsupponitur, quod commune Tauxignani iam sunt anni 70. & vltra vsque ad annum 1457. semper collectauit omnes prędictos homines pro dictis bonis, unde per istam contrariá consuetudinem derogatum esset cuicunque præcedenti consuetudini, vt no. gl. in l. nemo. §. temporalis. ff. de reg. iur. & not. gl. & Doc. in l. 2. C. quę sit lon. consue. & Io. And. in c. fin. de consue. Aut commune Casalis vult se fundare ex dicta reformatione, & non potest, dato sine prĕiudicio, quod appareret illam reformationem fuisse legitime, & solenniter editam & approbatã, quia dicta reformatio quo ad homines prędictarum villarum, & pro bonis ibidem sitis non fuit seruata, nec recepta, imò contrarium fuit seruatum, quia commune Tauxignani semper exegit post dictam reformationem collectas per longissimum tẽpus a dictis hominibus pro bonis ibidem

7 positis, & sic † illa reformatio, quę nunquam fuit recepta & obseruata, quo ad bona dictarum villarum, nõ habuit, & per consequens nec habere debet obseruantiam in casu isto, vt no. gl. & Doc. in c. 1. de treug. & pac. per id quod habetur. 4. dist. §. leges. & l. 1. in fi. ff. de vĕtre in sp. & no. Bar. in l. fi. §. sed cum antiquitas, C. de cur. fur. & Bar. in consi. inci. Iudex communis Assisij, & gl. in l. rem non nouam, & ibi Bal. C. de iud.

8 Et in proposito † dicit Bal. in auth. omnes peregrini. C. communia de suc. quod si facta fuit quędam reformatio contraria statuto, tamen statutum ante & post fuit practicatum, ꝙ statutum erat attendendum & seruandum, cum reformatio non fuerit more vtentium approbata; quia non dicitur interruptum, quod semper viguit, allegat no. per Arch. 4. dist. in c. fi. & istud dictum etiam reassumpsit & sequitur Pe. de Anch. in rep. c. canonum statuta. de const. in ver. quero vlterius, facta fuit quædam &c. facit l. de quib. cum materia. ff. de legib. Ex his infertur, quod commune Casalis ex consuetudine, vel reformatione se fundare non potest ad collectãdum aliquos ex prædictis hominibus pro dictis bonis, nec etiam se fundare potest ex dispositione iuris communis, quo ad collectandum homines subditos iurisdictioni communis Tauxignani pro bonis sitis in dictis villis. Sed commune Tauxignani de iure communi, & etiam ex cõsuetudine prædicta potest collectare sine dubio homines suppositos iurisdictioni Tauxignani pro bonis positis in dictis villis, quia collectæ debent imponi subditis, quia est actus iurisdictionis præal. l. rescripto. §. fi. cum concord. & no. in specie. Bal. in l. data. C. qui accu. vbi ad hoc alleg. tex. cum gl. in authen. quib. mod. nat. effi.

9 sui. §. si quis igitur ex qualibet. Nec † obstat, si dicatur, quòd commune Tauxignani non debet posse collectare subditos pro bonis existentibus extra territorium Tauxignani per no. per gl. in l. 1. C. de muner. & in quo loc. lib. 11. & per Guil. in d. l. neminem, quia respondeo, quod imo veritas est in cõtrarium. hoc primò probatur authoritate gl. & Doc. in d. l. quæ expresse sentit, quod subditus ciuitati potest cogi ad solutionem collectarum pro bonis sitis in alio loco, quando bona in illo loco, in quo posita essent, non tenerentur, nec obligata essent ad solutiouem tributorum, & sic onerum realium; ne pro ijsdem rebus duplex onus imponeretur: sed ita est, ꝙ bona subditorum Tauxignani posita in dictis villis non sunt obligata ad solutionem tributorũ in territorio Casalis, quia

d prædia Italica d de iure non sunt tributaria. l. 1. & l. fi. & vtroque no. ff. de censi. l. de his. C. de epis. & cle. & plenè no. in l. fi. C. sine censu. uel reli. & minus etiam tenentur dicti homines communis Tauxignani pro dictis bonis suis positis in dictis villis subire collectas imponendas per commune Casalis

10 quia, vt sæpius dictum † est. collectæ imponũtur personis pro reb. & non possunt imponi nisi subditis, & sic patet, quod dicti homines supposíti communi Tauxignani non possunt cogi subire onera in duobus locis, & per consequens possunt cogi subire collectas ĩ eo loco, cui ipsi sunt subditi, vt est expresse de mente gl. in d. l. 1. & hoc ibi expresse vult Bar. quod vbi essemus in casu, in quo de consuetudine ciuitates, aut castra imponerent collectas etiam forensibus possidentibus bona in territorio illius ciuitatis, vel castri, ꝙ tunc quis non debet cogi solnere collectas, nisi pro bonis, quæ possidet in territorio suæ ciuitatis collectantis, quia pro bonis, quæ ipse habet in loco alterius iurisdictionis, collectatur de consuetudine a republica illius alterius loci, i quo bona sita sunt, alias autem cessante dicta consuetudine dicit Bar. & Ang. in d. l. 1. ꝙ sorte posset compelli subire collectas in loco, cui suppositus est, etiam pro bonis, quæ alibi posita essent, per l. fi. ff. de decretis ab ord. fac. vbi potest expresse superior iurisd. ctionem habens afficere subditum etiam extra territorium, vt ibi, & L. mercatores. & ibi not. Dc cto. maximè Bal. C. de com. & mer. & l. 2. C. de eunu. & plenè Barto. & alij in l. cunctos populos maximè in 8. q. C. de sum. Trin. cum concor. licet non possit

actu

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

actu fieri executio in ipsis bonis, vel personis extra territorium existentibus, ita loquitur d.l. cum vnus. cum simi. in contrarium allegatis, hoc in specie firmant Ioan. And. Lapus & Dominicus † in c. 1. de immu. eccle. lib. 6. vbi concludunt, q si 11 persona, vel ecclesia, cui imponitur collecta, est in vno loco vel in vna diocesi, & res vel prædia, pro quib. imponitur collecta sunt in alio loco, q illa persona, vel ecclesia in loco, in quo subdita est, cogetur ibi soluere collectas pro bonis & rebus in alio loco existentibus, quia principaliter imponuntur personis, licet habeatur respectus ad facultates, & bona accessorie, nam personale tanquam principale inspiciendum est. d.l.fi. cum simil. ff. de dec. ab ord. fac. secus autem esset in oneribus realibus, vt sunt tributa, & decimæ prædiales, quia debent solui in loco, vbi res sunt. l. forma. §. si verò quis. ff. de censi. c. fi. de parochijs. & idem ad literã decidit Pau. de Leaza. in clem. 1. §. sanè. de iure pa. & sequitur hoc ibi dominus Cardi. in 6. q. quia in istis attenditur persona, argum. l. est verum. & l. cum neque. C. de incolis, lib. 10. & idem Fed. de Senis in q. 146. vt referunt Lapus & Dominicus in d.c. 1. de immu. eccle. in 6. & maximè procedunt prædicta, cum in proposito non simus in casu, in quo dici possit, q de consuetudine commune Casalis imponere posset collectas forẽsibus suppositis communi Tauxignani pro bonis positis in dictis villis, quia imò consuetudo ab annis 70. & vltra vsque ad annum 1457. fuit in contrarium, quia non per commune Casalis, sed per commune Tauxignani imponebantur collectæ 21 pro dictis bonis. Ad prædicta † facit, quia cõmune Tauxignani percipiendo solutionem collectarum, nedum per dictum tempus 70. annorum a dictis hominibus & eorum successoribus, sed etiam per tempus 30. vel 40. annorum poterit acquirere ius exigendi dictas collectas, etiam si primo nõ competijsset communi Tauxignani, quia ad præscriptionem sufficit dictum tempus, & bona fides præscribentis, quando ius commune non est contra præscribentem. c. 1. de præscr. Et si quis diceret, q ius commune erat contra commune Tauxignani, ergo non potuit præscribere, vt in d. c. 1. Respondeo, q illud non est verum quò ad præscribendum contra subditos communis Tauxignani habẽtes bona in dictis villis, nam non est contra ius commune, quod commune Tauxignani posset collectare subditos suos etiam pro bonis alibi positis, vt supra probaui. quinimò dato q esset contra ius commune, tamen per hoc non impediretur præscribere commune Tauxignani contra commune Casalis, quia ius cõmune non erat pro ipso communi Casalis, contra quod tẽdebat præscriptio, quia commune Casalis in ipsos homines suppositos alienę iurisdictioni non habebat ius collectandi, vt est ostensum. & hoc probatur ex notatis per gl. communiter approbatam in d.c. 1. de præscrip. in 6. in gl. mag. in ver. conclude ergo &c. dum dicit, quod quando vna ecclesia petit decimas ab ecclesia, quas possidet in certa parochia, q sufficiat præscribenti bonam fidem probare, quia licèt ius commune faciat contra 13 præscribentem, non tamen facit pro petente, bona fides † aũt e præsumitur e ex vsu, & quasi possessione iuris exigendi collectas per longum tempus 10. vel 20. annorum, vt no. Innoc. & alij in c. 2. in glo. per monachos, de rest. in integ. per l. 3. §. si seruus. ff. de acq. poss. & not. Arch. in d.c. 1. de præscr. in 6. & Io. And. in addi. Spe. in tit. de teste. §. nunc videndum. in prima additione magna. in ver. item opponunt. & Ang. in l. pe. C. quibus non ob. lon. temp. præscr. & sic sine dubio constat, q quantum ad homines suppositos iurisdictioni Tauxignani habentes bona in dictis villis communi Tauxignani, non autem commune Casalis potest collectare. Solum ergo est vi- 14 dendum, † vtrum idem sit quo ad homines suppositos iurisdictioni communi Casalis, q possint & debeant collectari per commune Tauxignani pro bonis, quæ habent in dictis villis in quo breuiter dico, quod si probaretur per commune Tauxignani, quod a tanto tpe, & citra commune Tauxignani collectauit communiter homines etiam suppositos iurisdictioni communis Casalis pro bonis positis in dictis villis, q communis opinio hominum ibi conuicinorum est memoriam non extare in contrarium, quod tunc proculdubio obtineret commune Tauxignani, etiam quo ad collectãdum suppositos iurisdictioni Casalis p dictis bonis, quia vsus tanti temporis habet vim tituli, dicto. c. 1. de præsc. & dicto. c. super quibusdam cum concor. Plu † dicit Iac. But. in l. cum de 15 in rem verso, ff. de vsu. quòd si commune Tauxignani allegaret titulum puta laudum arbitratoris, quod diceretur esse titulus transactionis super hoc in fauorem communis Tauxignani latum pro dicta facultate collectandi, prout in veritate prætendit commune Tauxignani, licèt pro nunc non reperiatur tale laudum, & probaretur, q dicti homines dictarum villarum etiam subditi terrę Casalis soluerunt per decẽnium dictas collectas, præsumeretur talis titulus allegatus, ita colligitur ex notatis per Iaco. Butr. in d.l. cum de in rem verso. per illam. l. nam quærit ipse ibi, quid si quis allegat pedagium sibi concessum fuisse a principe, & probet diuturnam præstationẽ pedagij, & sic per 10. annos, quod per hoc videtur præscripsisse contra ciuitatem, in cuius territorio colligit pedagium, per illam l. istud vltimum tamen non pono pro cõstanti. & propterea consulo dicto communi Tauxignani, quòd conetur probare communem opinionem hominum in illis f locis conuicinis esse, q non est memoria f in contrarium, scilicet, q aliquo tempore non fuerint dicti homines etiam subditi territorio Casalis pro bonis positis in dictis villis collectati ab alio, quam a communi Tauxignani vsque ad annum 1457. quò autẽ ad homines, qui sunt sub iurisdictione communis Tauxignani habentes bona in dictis villis, non video subesse aliquod dubium, quin possint collectari per dictum commune Tauxignani, vt patet ex dictis, per quæ etiam fuit specificè responsum ad omnia allegata in contrarium.

ADDITIONES.

a Vt not glo. in l. 1.] Curtius iunior consi. 106. col. 1. & per totum. vbi post Alex. hic late agit, Corneus consi. 142. li. 1. Roues.

b ¶ Collectas. sup. li 1. consi 111. sup. li. 2. consi. 68.

c Si vole se.] Ant. Gab. Rom. lib. 6. recept. sent reg. 2. sub tit. de iure immunitatis. Roues.

d ¶ Italica. Hic Accur. in l. fi. C. sine censu. vel reliq. vocat Italiam dominam prouinciarum, sed Albe. ibi dicit esse ancillarum ancillam propter bella ciuilia nunquam tam diuturna pace floruit, quam sub Francorum Imperio, seu potius authoritate & reuerentia, vt tetigi in consu. Parisitt. 1. in rub. nu. 27. neque enim post suppressum regnum Longobardorum præfidijs, aut armis in officio tenebantur, nec tributis aut collationibus, aut alia tyrannica arte expilabantur, sed maiestatem Francicam paterno affectu consulentem reuerebantur: absit tamen, vt id Francorum gloriæ virtutiue asscribam, sed Dei dono. quemadmodem & calamitatem quibus exinde & nunc omnium miserrimè diuexabatur, non aliam existimo causam, quam peccata & malos mores hominum, quos Bald. etiam tempore suo deplorabat in l. ex omnibus, de offic præfi.

e Autem præsumitur.] Idem d. Alex. in consi. 16. col. 8. vers. quinimo fortius lib. 5. & in consi. 151. viso themate. col. pen. in fi. lib. 2 & Aretinus in consi. 63. In præsenti consultatione. Crauetta in tract. de antiq. temp. in 2. p. 4. q. prin. nu 21. Roues.

f Non est memoria.] Dixi ad Alexandrum consi. 52. lib. 5. Roues.

EPITOME.

Mater succedit filio excluso fratre ex altero tantum latere contencto, de iure communi, & in successione filij impuberis excludit fratrem consanguineum, non obstante statuto, q decedenti ab intestato succedant agnati exclusa matre, & cognatis, quia impubes non dicitur decedere intestatus, vel ab intestato, licet intestabilis, sed in hoc vltimo Alex. malè consuluit vt & sup. lib. 2. consi. 115. diximus.

CONSILIVM LXXIX.

Habes idem consi. de verbo ad verbum consi. 115. li. 2. incipiendo infra ab illis verbis prope fi. col. 2. quia non obstat statutum, licèt sint diuersi casus. Natta.

a Franciscus [2] & Benuenuta matrimonium contraxerunt, ex quo natus est Ioannes, decessit Benuenuta. Franciscus deinde secundum matrimonium contraxit cum Staxia, ex quo matrimonio nati sunt Marcus, Benuenuta, Cosma, Tadæus, & Piera, postq; decessit dictus Franciscus intestatus superstitibus d. Ioãne ex primo matrimonio, & superstitibus dictis alijs filijs impuberibus ex secundo matrimonio, & superstite dicta Staxia matre, & tutrice dictorum eius filiorũ, qui Ioannes & dicta tutrix vnà cum nonnullis alijs filijs cuiusdam fratris dicti Francisci ad diuisionem bonorum communium deuenerũt, & vnusquisque portione sibi assignata contentus remansit, & sibi adinuicem fecerunt remissionem & finem de omnibus quę vnus ab altero petere posset cũ clausulis in similib. apponi cõsuetis. Demũ decessit Marcus pubes factus & intestatus. Et successiue decessit Cosma adhuc pupilla. Et deinde decessit Benuenuta adulta condito testamento, in quo d. Thadæum, & Pieram eius fratres æquis portionibus hæredes vniuersales instituit, & vno decedente sine filijs superuiuentem substituit, & dece-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

decedentibus ambobus absque filijs dictam Staxiam eius matrem eisdem substituit hæredem.deinde ad dies quatuor decessit Piera impubes,& postea decessit Thadæus pupillus superstitibus Staxia eius matre & Ioane eius fratre ex latere patris tantùm. Quæritur, quis præferatur in hæreditatibus dictorum filiorum, & filiarum defunctarum,an Staxia mater, an vero dictus Ioannes stante statuto sub rubrica, quod mater & attinentes ex linea materna non succedant filio vel filijs, quo cautum est per hæc verba. Statuimus,ꝙ si quis,vel si qua sine liberis ab intestato decesserit, relictis matre vel aliquo ex ascendentibus, vel descendentibus, vel transuersalib. ex linea materna,quod tali defuncto vel defunctæ coniũcti ex linea paterna vsque ad quartum gradum inclusiuè, quem gradum tecũdum computationem legalem volumus numerari, siue sint ascendentes,siue transuersales ordine iuris inter eos seruato succedant, matre & alijs coniunctis prædictis ex linea materna exclusis,ita tamen,ꝙ is qui successerit defuncto,vel defunctæ,alimenta condecentia secundum consuetudinem personæ, & quantitatis hæreditatis matri existenti & honorem marito seruanti quod & filio, & quòd ad secundas nuptias aliàs non transierit,& dum non transibit præstare teneatur. Quibus coniunctis ex paterna linea non extantibus prædicti defuncti hæreditas ei deferatur, cui de iure fuerit
1 deferenda. Redemptoris † suffragio inuocato,videtur prima consideratione dicendum,quod excepta parte in qua potuit testari Benuenuta in omnibus præferatur Io. coniunctus ex latere patris & in secundo gradu.l.Iuris consultus. §.secundo gradu.ff.de gradi.Inst.eo.ti.in ver.2.supra,3 5.q.5.ad sedem. Vnde videtur ex censura statuti casum esse contrà matrem proculdubio decisum. Quantum verò ad portionem, in qua potuit testari Benuenuta videtur,quod Io.velut hæres ab intestato dicti Thadæi vltimò decedentis ex dispositione dicti statuti debeat dictam hæreditatem Benuenutæ restituere per
2 fideicom. Dom. Staxiæ substitutæ detracta per ipsum Io. Trebellianica, quod sic probari videtur dicta substitutio† fuit cõpendiosa,quia dicta testatrix vno decedente sine filijs superuiuentem substituit,& vtroque decedẽte substituit matrem. l.precib.C. de impu. & alijs substit.l. Centurio. ff.de vulg. & pup.c.Raynutius.de testa. Vnde Piera decedente,successit ei Thadæus, quo ad partem obuentam ex hæreditate Benuenutæ, tam vigore substitutionis, quam etiam vigore substituti. Decedente vero posteaThadæo in pupillari ætate videtur, ꝙ mater non potuerit succedere ex substitutione vulgari i his, quæ obuenerant ex hæreditate Benuenutæ, quia licèt dicta substitutio compendiosa contineat vulgarem,vt fitmat Ia.de Ra. Cy.Ray. Bald. & Sal.in præal.l.precib.& Bar.in præal.l. Centurio.in ver.quęro,vtrum substitutio compendiosa facta per verbum commune contineat vulgarem &c. & Doc.maximè Mod.in d.c.Raynutius,tamen in casu isto non potuit succedere mater Thadæo ex substitutione vulgari, dato [b] etiam ꝙ Thadæus non adiuerit hæreditatem Benuenutæ,quia cum ex forma statuti ciuitatis Imolæ, vt notum habeo,hæreditas quæcunque non adita transmittitur ad hæredes, licet Thadæus non adiuerit dictam hæreditatem, tamen transiuit ius
3 adeundi ad hæredem suum,scilicet Ioannem, sed† ita est, ꝙ transmissio hæreditatis,non aditæ excludit substitutionẽ vulgarem,quia licèt ille,cui facta est substitutio,non sit hæres,tñ facit alium hæredem mediante transmissione, & per consequens sufficit hoc ad exclusionem substituti vulgaris.l.si patersam.& ibi Bar.& magis communiter Doct.de hær.inst.& in l.cum proponas.C.eo.tit.l.1.C.de his qui ante aper.tab.& l.si quis filium. ff.de acq.hære. & clarè firmat Bar.in l.2.ff.de vulg. & pup. circa primum effectum substitutionis vulgaris, & idem Bald.[c] in l.cum antiquioribus, in 2.q.C.de iure delib.& in l.apud hostes.C.de suis & leg.& in l.Papinianus.§.4. ff.de inof.test.vnde si cessat substitutio vulgaris, dicta substitutio compẽdiosa non potest sortiri effectum,nisi iure fideic. vt in d.l.precib.cum conc.sup. alleg.& sic succedens ab intestato d.Thadæo, videlicet Ioanes videtur arctari ad restituendum d. hæreditatem d. Benuenutæ dictæ Staxiæ substitutæ per fideicommissum detracta per d.Ioannem quarta Treb.
d Sed præmissis[d] non obstantibus contrariam sententiam de iure probabiliorem puto,videlicet matrem in omnibus excludere dictum Ioã.quod apertè sic iure probatur.Nam primo decessit Marcus,cui de iure successerunt fratres,& sorores vtrinque coniunctæ excluso Ioanne non vtrinque cõiuncto,vt in anth.itaque. C. com.de succes. An autem vnà cum dictis fratribus vtrinque cõiunctis successerit mater Marco, certum est,quod non, propter statutum prędictum,quia Marcus decessit pupillus, & intestatus, successiuè decessit Cosma impubes, cui similiter successerunt fratres & sorores vtrinq; coniunctæ excluso dicto Ioanne,prędalle.auth.itaque.& cum eis etiam in portione hęreditatis Cosmæ successit pariter Staxia mater,per auth.defuncto.C.ad Tert.nec eidem matri obstabat dictum statutum, quia vt infra dicam, loquitur in eo, qui decederet intestatus,sed pupillus dicitur intestabilis,non autem intestatus,vt infra probabo: ergo non vendicat sibi locum in casu nostro. Demum decessit Bẽuenuta testata,a qua instituti fuerunt Thadæus,& Piera,& illis decedentibus sine liberis fuit substituta mater: vnde aut fuit locus substitutioni vulgari,vt quia Piera,& Thadæus decesserint hæreditate Benuenutę non adita,& certum est,matrem ex substitutione vulgari admitti,quia vulgaris comprehenditur in dicta substitutione compendiosa,vt supra probaui. Aut fuit locus substitutioni fideicõmissariæ propter ea, quæ adduxi in argumentis primæ partis,& tunc tota hæreditas deberet restitui per fidei commissum matri, retenta quarta Trebellianica per illos qui ab intestato essent hęredes d.Pieræ,& Thadæi,& vt proximè probabo, mater est illa,quæ ab intestato succedit ĩ effectu d. Pieræ & Thadæo,ergo si qua quarta veniet detrahenda,esset detrahenda per ipsammet matrem hæredem ab intestato in effectu dictorum vltimò decedentium. Deinde decessit Piera impubes,cui successit Thadæus, vtrinque coniunctus rationib.superius allegatis,cum Thadęo etiam pariter succedit mater Pieræ per pręal. in auth. defuncto. quia isto casu non excluditur mater per statutum, quia(vt dixi) & statim latius ostendam,dictum statutum loquens in decedente ab intestato,non vendicat sibi locum in pupillo, quia dicitur decede-
4 re intestabilis. vltimo decessit † Thadæus in pupillari ętate matre superstite,& Ioanne,& non est dubium, quod de iure
e communi mater excludit Ioãnem,quia nõ erat frater [e] vtrinque coniunctus, vt in §. consequens in anth. de hę.ab intest. veni,& in auth.defuncto, & ibi Doc. C.ad Tert.& no.glo.in l.1.ff.de iur.& fac.ign.& Cy.in pręal.auth.itaque.& Dyn.in tra.suo de succes.ab intest. & Bart.in l.2.in prin.ff.de vul. & pup. in 5. q.in princ.ver. vlterius quæro, an tacita pupillaris excludat fratrem pupilli,& Bar. in l.1.§. filium.ff.de bo.pos. contra tab. Si ergo de iure communi mater excludit Ioann.
5 fundata est matris intentio, quia non † obstat statutum [f] de
f quo supra in themate fit mentio, quia dictum statutum loquitur in eo,qui decedit ab intestato, sed Thadęus decessit impubes,& sic intestabilis, non autem propriè dicitur dece-
g dere intestatus, vel ab intestato, vt &c. [g] Ex prędictis patet euidens responsio ad allegata in contrarium, quia illa procederent,si Thadęus decessisset post pupillarem ętatem,quo casu successisset ei ab intestato Ioannes ex forma statuti, sed cum decesserit ante,secus est,vt probaui. Ex quibus concludo in omnibus potiorem esse conditionem matris, excluso in totum Ioanne ante dicto. Alexan. Bononię legens.

ADDITIONES.

a Franciscus]Berous consi.148.series facti col.4.lib.2.& consi.151.in hac causa,nu.22.eodem lib.2.Aut.Gab.Rom.lib.6.recep.sent.reg.6.sub tit. de statutis. Rouesc.

b Quintmo dato.]Dilectus caurel.1 sub ti.de acq.hær. Rouesc.

c Hoc idem voluit Bal.] Vide Beroum consi. 25.viso testamento, col. 2. lib.2. Rouesc.

d Sed præmissis.]Addo Beroum consi.96. facti propositi,col.1.lib.2.Ro.

e Non erat frater.]Idem tenet Nic.de Vbal.in tract.de succes.ab intest.& Ale.cons.80.col.4.lib.1.Dec consi.628.in fi.

f Non obstat statutum.]Currius iunior consi. 86. conclus. 5. Rouesc.

g ¶Vt &c. Duas,quæ sequebantur columnas,non fuit opus rursus hic corrigere & excutere, quia ad verbum emendatę habentur,supra li.2.consi. 115.nu.1 inclusiue vsque ad fi.d.consi.ibi.C.de iu.delib.vbi recurre,quia ibidem Ale.nullo mutato transcripsit.

CONSILIVM LXXX.

Lege supra eo.lib.consi.55. quod hic repetebatur.

EPITOME.

Gulielmus instituit Bedoxium filium, & si decederet sine liberis voluit quartam bonorum dari pauperibus. Bedoxius superuixit patri,& relinquens filium,testamento cauit, quod decedente suo filio ab intestato sine liberis, seruentur,& exe cuuoni mandentur contenta in testamento patris sui, prout

in eo

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca